An. et vol. XXXIX 13 Maii - 2 Iunii 1947 (Ser. II, v. XIV) - N. 6-7

ACTA APOSTOLICAE SEDIS

COMMENTARIUM OFFICIALE

SUMMARIUM. — Fasciculus n. 6: Acta Pii Pp. XII: Sacrum Consistorium, p. 177 - Epistulae, p. 179 - Allocutio, p. 181. — Acta Tribunalium: *S. R. Rota*: Sententiae et Decreta a. 1946, p. 185. — Diarium Romanae Curiae: Udienza solenne - S. C. dei Riti: Congregazioni varie, p. 208.

Fasciculus n. 7: Acta Pii Pp. XII: In sollemni canonizatione B. Nicolai de Flue, C., p. 209. — Litterae Apostolicae, p. 213 - Epistula, p. 223. — Acta SS. Congregationum: *S. C. Consistorialis*: I, II Decreta, p. 225. III Provisio Ecclesiarum, p. 227 - *S. C. de Propaganda Fide*. I, II, III Decreta, p. 229. III Provisio Ecclesiarum, p. 231 - Nominationes, p. 233 - *S. C. Rituum*: I, II, III, IV, Decreta, p. 233. — Acta Tribunalium: *S. R. Rota*: Citatio edictalis, p. 242. — Diarium Romanae Curiae: Segreteria di Stato: Nomine, pp. 243-248.

TYPIS POLYGLOTTIS VATICANIS

M · DCCCC · XLVII

Directio:
Palazzo Apostolico — Città del Vaticano
Administratio:
Libreria Editrice Vaticana

Pretium annuae subnotationis:
In Italia, Lib. 350 — extra Italiam, $ 3
Pretium unius fasciculi:
In Italia, Lib. 35 — extra Italiam, $ 0,20

«*Bis fere in mense* (Commentarium) *prodibit ac quotiescumque vel necessitas vel utilitas id postulare videbitur*» (Ex *Commentarii Officialis* ratione, die 29 Octobris 1908 edita).

Conto corrente con la Posta

INDEX HUIUS FASCICULI

(An. XXXIX, n. 6 - 13 Maii 1947)

ACTA PII PP. XII

SACRUM CONSISTORIUM

CONSISTORIUM SEMIPUBLICUM (*diei 17 Aprilis 1947*) — PAG. 177

EPISTULAE

I. *Pergrato quidem animo.* - Ad Exc̃mum P. D. Guglielmum Piani, Archiepiscopum tit. Nicosiensem, in Insulis Philippinis Delegatum Apostolicum, quina ab inito episcopatu lustra et dena a suscepto sacerdotio fauste celebraturum - 16 Martii 1947 179

II. *Tertio Nostri.* - Ad Em̃um P. D. Petrum tit. Sanctae Crucis in Hierusalem S. R. E. Presbyterum Cardinalem Fumasoni Biondi, Sacrae Congregationis de Propaganda Fide praefectum, dena lustra sacerdotii feliciter explentem. - 10 Aprilis 1947. 180

ALLOCUTIO — PAG.

Ad Exc̃mum Virum Alfridum Carbonell-Deball, Reipublicae Uruguayensis Legatum extra ordinem liberis cum mandatis, Summo Pontifici Litteras publicas porrigentem. - 23 Aprilis 1947 181

ACTA TRIBUNALIUM

SACRA ROMANA ROTA

I. Sententiae editae anno 1946 . . . 185

II. Decreta in causis aliter eodem anno finitis 198

DIARIUM ROMANAE CURIAE

I. Udienza solenne 208

II. Sacra Congregazione dei Riti: *Varie* . 208

ORDO DIVINI OFFICII RECITANDI

SACRIQUE PERAGENDI IUXTA KALENDARIUM UNIVERSALIS ECCLESIAE

ANNO DOMINI 1948

cum Appendice pro Missionibus

Questa nuova edizione del Calendario della Chiesa universale, compilato secondo le nuove edizioni del Messale e del Breviario Romano e i decreti della S. Congregazione dei Riti, si presenta più pratica e utile delle precedenti sia per una più chiara disposizione, che per le varie ed utilissime aggiunte.

PSALTERIUM BREVIARII ROMANI

CUM EXCERPTIS E COMMUNI SANCTORUM SECUNDUM NOVAM E TEXTIBUS PRIMIGENIIS INTERPRETATIONEM LATINAM PII PAPAE XII AUCTORITATE EDITUM, EDITIO TYPICA (1945), IN-12°, CARATTERI ROSSO-NERI, IN CARTA INDIANA PP. VIII-424, SCIOLTO - RILEGATO IN TELA NERA CON BUSTA

Venit Romae apud

Libreria Editrice Vaticana - Città del Vaticano — °/₀ postale N. 1-16722

(pro Indice fasc. 7, v. pag. III)

An. et vol. XXXIX 13 Maii 1947 (Ser. II, v. XIV) - N. 6

ACTA APOSTOLICAE SEDIS

COMMENTARIUM OFFICIALE

ACTA PII PP. XII

SACRUM CONSISTORIUM

CONSISTORIUM SEMIPUBLICUM

Die XVII mensis Aprilis a. MDCCCCXLVII, in Palatii Apostolici Vaticani consueta Aula, Consistorium *semipublicum* habitum est de canonizatione Beatorum Confessorum Iosephi Cafasso, Ludovici Mariae Grignion de Montfort, Michaëlis Garicoïts, Nicolai de Flüe ac Beatae Virginis Catharinae Labouré.

Huic actioni Beatissimus Pater sic praefatus est.

VENERABILES FRATRES

Nihil iam videtur dubii relinqui Beatos Confessores Iosephum Cafasso, Ludovicum Mariam Grignion de Montfort, Michaëlem Garicoïts, Nicolaum de Flüe ac Beatam Virginem Catharinam Labouré dignos omnino esse, quos in sanctorum caelitum album referamus. Etenim, ut nostis, eiusmodi causa apud Sacrum Consilium ritibus tuendis ea fuit disceptationum severitate pertractata, qua idem assolet; iamque decretum fuit constare omnino de eorum virtutibus deque signis, mirandis prorsus, ab eis Deo donante patratis, atque adeo tuto procedi posse ad eos sanctitatis honoribus decorandos. Praeterea Con-

sistoria duo hac super re habita fuere; secretum alterum, alterum publicum.

Postulat tamen antiquissimus Apostolicae Sedis mos, ut vos, hunc in amplissimum consessum convocatos, alium post alium ex vestrae dignitatis ordine sententiam rogemus; quamobrem mandavimus ut commentarii de horum caelitum vita vobis singulis traderentur, quo facilius vobis res explorata ac cognita esse posset.

Faveatis igitur in praesens iudicium uniuscuiusque vestrum libere Nobis religioseque aperire.

Exceptis adstantium suffragiis, Summus Pontifex haec addidit verba :

Patet ex suffragiis a vobis latis — quod ceteroquin certum iam Nobis erat — vos omnes Nobiscum hac de re consentire; idque Nobis ac vobis gratulamur admodum.

Iamvero deliberatum Nobis est sollemnes eiusmodi ritus in Vaticanae Basilicae maiestate per huius anni cursum Deo favente peragere: ac placet iam nunc, ut moris est, singulis caerimoniis tempus praestituere. Die nempe xv mensis Maii Beato Nicolao de Flüe, die xxii mensis Iunii Beato Iosepho Cafasso una cum Beatis Ioanne de Britto ac Bernardino Realino, die vi mensis Iulii Beato Michaëli Garicoïts Confessori una cum Beata Elisabetha Bichier des Ages Virgine, die xx eiusdem mensis Beato Ludovico Grignion de Montfort, ac denique die xxvii item eiusdem mensis Beatae Catharinae Labouré Virgini summos sanctitudinis honores adspirante iuvanteque Numine decreturi sumus.

Interea vero, Venerabiles Fratres, Nostris precibus vestras coniungere ne gravemini, ut haec, quae iam nunc praestolamur, fausta ac salutaria catholico nomini eveniant.

De quibus omnibus ut acta iuridica conficerent, Dominis Consistorialis Aulae Advocatis rogantibus, adstantibus Protonotariis Apostolicis mandatum est de more.

EPISTULAE

I

AD EXMUM P. D. GULIELMUM PIANI, ARCHIEPISCOPUM TIT. NICOSIENSEM, IN INSULIS PHILIPPINIS DELEGATUM APOSTOLICUM, QUINA AB INITO EPISCOPATU LUSTRA ET DENA A SUSCEPTO SACERDOTIO FAUSTE CELEBRATURUM.

PIUS PP. XII

Venerabilis Frater, salutem et Apostolicam Benedictionem. — Pergrato quidem animo certiores nuper facti sumus, te, mense Maio propediem futuro, quinque ab inito episcopatu et proximo anno decem a suscepto sacerdotio lustra fauste esse Deo favente expleturum. Cuius sane duplicis iucundi eventus commemoratio praeclaram Nobis exhibet opportunitatem benevolentiam erga te Nostram publice libenterque exprimendi. Profecto minime Nos fugit, te, hoc diuturno temporis intervallo, de Ecclesia Dei deque Apostolica hac Sede egregie meritum esse. Primo quidem in Pia Societate Salesiana Sancti Ioannis Bosco, cui adscriptus es, munera tibi tradita diligenter obiisti; deinde, archiepiscopali auctus dignitate, in insulis istis Philippinis, quae, mari Sinico oceanoque Pacifico circumfusae, latissime patent, Delegati Apostolici partes alacriter sustinuisti. Tuis itaque auspiciis consiliisque circumscriptio dioecesium aliarumque ditionum ecclesiasticarum, copia missionariorum clericorumque, sacer cultus erga Augustum Sacramentum ac Deiparam, itemque Actio laicorum Catholica haud parva istic suscepere incrementa. Recenti vero teterrimo aestuante bello, tot vicissitudines ac perturbationes, tot pericula angustiasque cum bonis istis episcopis ac fidelibus aequo animo perpessus es. Merito igitur, Venerabilis Frater, bene gestum sacrum ministerium tibi ex animo gratulamur, simulque Deum instanti prece exoramus, ut caelestibus solaciis te augeat in dies, animarumque bono Ecclesiaeque utilitati quam diutissime benigne tueatur. Interea, quo proxima sollemnia maiores salutis fructus afferre queant, tibi ultro facultatem damus, ut, die constituta, Sacro pontificali ritu peracto, adstantibus fidelibus nomine Nostro Nostraque auctoritate benedicas, plenariam indulgentiam iisdem proponens, usitatis Ecclesiae condicionibus lucrandam. In auspicium denique horum donorum inque praecipuae Nostrae caritatis pignus, Apostolicam Benedictionem tibi, Venerabilis

Frater, tuis laborum sociis cunctoque Insularum Philippinarum clero ac fideli populo peramanter in Domino impertimus.

Datum Romae apud Sanctum Petrum, die XVI mensis Martii, anno MDCCCCXXXXVII, Pontificatus Nostri nono.

PIUS PP. XII

II

AD EM̃UM P. D. PETRUM TIT. SANCTAE CRUCIS IN HIERUSALEM S. R. E. PRESBYTERUM CARDINALEM FUMASONI BIONDI, SACRAE CONGREGATIONIS DE PROPAGANDA FIDE PRAEFECTUM, DENA LUSTRA SACERDOTII FELICITER EXPLENTEM.

PIUS PP. XII

Dilecte Fili Noster, salutem et Apostolicam Benedictionem. — Tertio Nostri Pontificatus anno, peragenti tibi quinque ab inito episcopatu lustra, praecipua tua in Ecclesiam merita suavi memoria repetentes, benevolum animum Nostrum publice declaravimus. Nunc autem, quinquagesimo sacerdotii tui natali feliciter imminente, periucunda Nobis offertur occasio tibi iterum de tua sollertia ac faustitate gratulandi. Illud profecto animarum studium, quod in primaevo iuventutis flore constanter aluisti atque in officiis tibi concreditis alacriter exercuisti, progrediente vero aetate sacrisque honoribus succrescentibus, magis magisque in dies enituit, ita ut, quum ipse quattuordecim abhinc annos Sacro isti Consilio rei catholicae propagandae auspicato praefectus sis, pleno fulgore coruscaverit. Hoc quidem tempore, complures exterae Missiones conditae sunt, haud paucae clero indigenae commissae, numerus catholicorum fidelium, licet inter turbines iacturasque recentis belli, in locis infidelium fere geminatus. Te sane fautore atque auspice, Pontificia Missionalia Opera et Unio Cleri pro Missionibus haud parva suscepere incrementa, villa in Arce Gandulphi, rusticationi clericorum Collegii Urbani accommoda, post ruinas belli redintegrata est, aedes de Propaganda Fide sunt firmiter consolidatae et vetus coemeterium ac basilica Sancti Alexandri in via Nomentana, quae tam diu in oblivione iacuerant, opportune refecta atque exornata. Recens quoque Nosmet Ipsi, adiutricem te operam navante, episcopalem hierarchiam in amplissima Sinarum regione libentissimo animo constituimus. Merito igitur tui laborum socii atque amici, Dilecte Fili Noster, quod quinquaginta sacerdotii an-

nos propediem es peracturus, peculiari gaudio afficiuntur tibique gratum addictumque animum demonstrare percupiunt. Iamvero communem hanc laetitiam Nos cumulare exoptantes, fervidas gratulationes ac vota Nostra tibi publice exhibemus, instantique prece Deum exoramus, ut pietatis tuae sollertiaeque merita large remuneret suorumque donorum ubertate longum adhuc in aevum te servet ac tueatur. Cuius quidem caelestis praesidii auxiliique conciliatrix et nuntia, peculiarisque Nostrae caritatis testis esto Apostolica Benedictio, quam tibi, Dilecte Fili Noster, cunctisque industriae tuae consortibus Urbanique Collegii moderatoribus atque alumnis amantissime in Domino impertimus.

Datum Romae apud Sanctum Petrum, die X mensis Aprilis, anno MDCCCCXXXXVII, Pontificatus Nostri nono.

PIUS PP. XII

ALLOCUTIO

Ad Excmum Virum Alfridum Carbonell-Debali, Reipublicae Uruguayensis Legatum extra ordinem liberis cum mandatis, Summo Pontifici Litteras publicas porrigentem.*

Señor Ministro:

Al presentar solemnemente las Cartas Credenciales, que le acreditan como Enviado Extraordinario y Ministro Plenipotenciario, Vuestra Excelencia, en términos rebosantes de emoción, ha rendido homenaje al recuerdo de una ilustre personalidad que, precisamente en los primeros meses de Nuestro Pontificado, había sido mandada a Roma, a fin de cimentar sobre bases nuevas las relaciones oficiales entre la Santa Sede y la República Oriental del Uruguay.

Breve fué, por desgracia, la estancia suya en la Ciudad Eterna y su reciente desaparición ha sido ocasión de no poco dolor para quienes, como Nós mismo, aún esperábamos tánto de sus magníficas dotes intelectuales y de los nobles sentimientos de su alma, para prosperidad de su Patria y bien de la Iglesia de Jesucristo.

Hoy colocamos con placer la confianza y la estima que su insigne predecesor Nos había inspirado, en aquél, que en un momento tan grave de la historia, ha merecido que le sea encomendada la continuación de tan alto oficio.

* Habita die 23 m. Aprilis a. 1947.

Vuestra Excelencia con fina penetración ha dado el justo relieve al motivo fundamental, que el Gobierno de su país invocó ante el Parlamento para precisar el importante objetivo, que entonces se perseguía con la Misión del Señor Doctor Don Joaquín Secco Illa: es decir, colaborar con el centro de la Cristiandad en la obra encaminada al mantenimiento de la paz entre las naciones y al alejamiento del peligro de la guerra, que en aquellos meses amenazaba a la humanidad.

El dignísimo representante del Uruguay pudo ver con sus propios ojos, cómo en aquellas horas el espíritu de violencia ganaba por la mano al espíritu de justicia, mientras que la voz del Padre de la Cristiandad, densa de advertencias y de súplicas, era sofocada por la sed de dominio y por las arrogancias de una ideología, en cuya esencia latía el desprecio de toda ley humana y divina.

Ahora en cambio Vuestra Excelencia, como enviado de su nación ante la Santa Sede, podrá ser testigo de un periodo de transición, amargo y dolorido, de la historia de esta humanidad, que pujando fatigosamente y peleando con obstáculos casi insuperables, trata de abrirse paso entre las ruinas amontanadas por la guerra hasta llegar a ver los primeros albores de un más halagüeño porvenir.

En su calidad de profundo conocedor del « Ius gentium », con la experiencia acumulada en varias e importantes Conferencias internacionales y con su larga práctica de los diversos ramos del servicio diplomático Vuestra Excelencia, mejor que muchos otros, puede pronunciar un diagnóstico seguro sobre esta grave crisis, que está atraversando el mundo de la postguerra.

Su compenetración con la vida eclesiástica y con las diversas categorías sociales de un país como el suyo, en cuya bandera campean la importancia y la ineludible necesidad del factor religioso para la victoria espiritual contra los males de hoy, Nos hace estar ciertos de que tiene plena conciencia de las premisas y de las condiciones que son necesarias para un incremento, confiado y eficaz, de las relaciones entre la Iglesia y el Estado en su patria.

Precisamente este año se celebra el primer centenario de tales relaciones, unidas de modo entrañable al recuerdo de uno de Nuestros grandes Predecesores, a quien la Providencia, en sus años juveniles, quiso poner en contacto con la gente y con la tierra uruguaya y en cuyo corazón quedaron para siempre, como eco de una añoranza, aquella paternal benevolencia y aquel vivo interés que continuamente demostró por el desarrollo y el progreso del Estado que nacía, recostado en la orilla izquierda del imponente estuario del Plata.

Ahora, cuando Vuestra Excelencia, siguiendo la añosa tradición, baje a la Basílica Vaticana, para caer de hinojos junto a la tumba del primer Vicario de Jesucristo, podrá ver, sobre la vetusta estatua broncínea del Príncipe de los Apóstoles, un mosaico con el retrato de aquel Papa, el único que hasta entonces llegaba a los años de Pedro, de Pío IX, del gran amigo del Uruguay que, poco antes de cerrar los ojos a la luz de este mundo, manifestó su propensión a acoger la petición del Gobernador provisional de la República Señor D. Lorenzo Latorre, en favor de la erección de la diócesis de Montevideo, « ut aperte pateat — son expresiones del Augusto Pontífice — perfecta sacram civilemque potestatem iungi concordia », para que sea patente la perfecta concordia que une a la potestad sagrada y a la civil; erección, que pudo ser llevada a cabo por su glorioso Sucesor — León XIII — en sus primeros meses de Pontificado.

No hemos de mencionar aquí las múltiples y penosas vicisitudes que después han caracterizado a las relaciones entre la Iglesia y el Estado en el Uruguay. Pero queremos en este momento manifestar con toda claridad — y como recuerdo de aquella jornada otoñal en que, a la vuelta del solemne Congreso Eucarístico Internacional de Buenos Aires, pusimos el pie en tierra uruguaya — que, en cuanto de Nós dependa, no dejaremos de tentar ningún camino, para que se convierta en realidad, dentro de las circunstancias de nuestros días, aquella perfecta concordia entre los dos poderes, que fué ardiente deseo en el corazón del inmortal Pío IX.

Todos los pueblos de la tierra, beligerantes o neutrales de la última guerra, tropiezan hoy con problemas y con deberes, que los tiempos pasados no conocieron.

En el campo político, lo mismo que en el social, económico o espiritual, se registran tensiones y contrastes, capaces de sobrecoger incluso a los corazones mejor templados.

Las conferencias de los hombres de Estado no podrán dar la paz al mundo, cansado de luchar, si todos, gobernantes y gobernados, no respetan y tienen en cuenta los fundamentos morales, que son la base de un espíritu de sincera concordia.

Pero la conciencia de este necesario sentimiento de fraternidad y su actuación en los propósitos y en las obras, no podrán jamás desgajarse de la fe en un Padre, que está en los cielos, sin la cual le faltaría su nobleza ética a cualquier ordenanza que quisiera regular la convivencia humana.

El Estado y las instituciones que saquen resueltamente de este reco-

nocimiento todas sus consecuencias y que dejen a los ciudadanos creyentes la plena libertad de aplicar sus convicciones religiosas también en el campo político, social, educativo y de caridad, no tendrán nada que perder, antes bien de todo ello obtendrán no poco provecho para su consistencia interna y para su verdadero adelanto.

La América Latina es todavía un continente relativamente joven; pero precisamente en esta juventud posee un tesoro de promesas para el mañana. Por eso esperamos, llenos de confianza, que Nuestros hijos del Uruguay caerán cumplidamente en la cuenta de la gravedad del momento que está pasando y de los especiales deberes que trae consigo; y estamos seguros de que cuando un día se escriba la historia de este importante período de la vida del Uruguay, no dejará de leerse allí la importancia de la aportación con que sus hijos creyentes han cooperado al sano progreso y al desarrollo social y ético de su patria, haciéndose así merecedores del reconocimiento y de la gratidud de las generaciones futuras.

Con tan sinceros deseos, y mientras correspondemos a los fervientes votos del Excmo. Señor Presidente de la República e invocamos las mejores bendiciones del cielo en favor de todo el amado pueblo uruguayo, le damos, Señor Ministro, Nuestra cordial bienvenida y le garantizamos que, en el ejercicio de su importante Misión, hallára siempre en Nós el más amplio y benévolo apoyo.

ACTA TRIBUNALIUM

SACRA ROMANA ROTA

I

Causae quae in Tribunali Sacrae Romanae Rotae actae sunt anno 1946, quarum definitiva sententia editur tantum in parte dispositiva.

I. MEDIOLANEN. – POSSESSIONIS ET IURIUM.

Turnus Rotalis: A. Wynen, *Ponens,* G. T. Heard, A. Canestri.

Promotor Iustitiae: I. Pendola.

Advocati: I. B. Ferrata, D. Lazzarato, *pro PP. Barnabitis;* C. Bernardini, *pro Emo Ordinario loci.*

Dubia: I. « An actio possessoria admittenda sit, in casu »; et quatenus affirmative: II. « An PP. Barnabitae ius habeant retinendi possessionem bonorum et quasi-possessionem iurium, de quibus in casu ». III. « An praeter actionem possessoriam admittenda sit actio petitoria, in casu »; et quatenus affirmative: IV. « An proprietas bonorum, sive immobilium sive mobilium, Collegii S. Iosephi in oppido Monza pertineat ad Archiepiscopum Mediolanensem ».

Sententia diei 11 Ianuarii: Ad I. « Affirmative ». Ad II. « Negative ». Ad III. « Affirmative ». Ad IV. « Negative ».

II. NEO-EBORACEN. – NULLITATIS MATRIMONII *ex capite vis et metus.*

Turnus Rotalis: G. Heard, *Ponens,* A. Canestri, I. Teodori.

Vinculi Defensoris Substitutus: I. Stella.

Advocatus ex mandato gratuiti patrocinii: P. Rutili.

Dubium: « An constet de matrimonii nullitate, in casu ».

Sententia diei 19 Ianuarii: « Affirmative ».

III. VARSAVIEN. – NULLITATIS MATRIMONII *ob exclusionem indissolubilitatis.*

Turnus Rotalis: A. Canestri, *Ponens,* I. Teodori, C. Pecorari.

Promotor Iustitiae: I. Pendola.

Vinculi Defensoris Substitutus: A. Del Corpo.

Advocati: I. B. Ferrata, R. Romano.
Dubium: « An constet de matrimonii nullitate, in casu ».
Sententia diei 19 Ianuarii : « Negative ».

IV. BERYTEN. MARONITARUM – NULLITATIS MATRIMONII *ex capite vis et metus.*

Turnus Rotalis: F. Roberti, *Ponens,* A. Fidecicchi, F. Brennan.
Vinculi Defensoris Substitutus: A. Del Corpo.
Advocatus ex mandato gratuiti patrocinii: M. D'Alfonso.
Dubium: « An constet de matrimonii nullitate, in casu ».
Sententia diei 22 Ianuarii : « Affirmative ».

V. PINEROLEN. SEU TAURINEN. – NULLITATIS MATRIMONII *ex capite vis et metus.*

Turnus Rotalis: A. Fidecicchi, *Ponens,* F. Brennan, D. Staffa.
Vinculi Defensoris Substitutus: I. Stella.
Advocatus: A. Mittiga.
Dubium: « An constet de matrimonii nullitate, in casu ».
Sententia diei 22 Ianuarii : « Affirmative ».

VI. PREMISLIEN. – NULLITATIS MATRIMONII *ex capite vis et metus.*

Turnus Rotalis: C. Pecorari, *Ponens,* H. Caiazzo, F. Roberti.
Vinculi Defensoris Substitutus: A. Del Corpo.
Advocatus ex mandato gratuiti patrocinii: A. Capalti.
Dubium: « An constet de matrimonii nullitate, in casu ».
Sententia diei 23 Ianuarii : « Affirmative ».

VII. N. N. – NULLITATIS MATRIMONII *ob impotentiam mulieris et* DISPENSATIONIS SUPER RATO.

Turnus Rotalis: A. Jullien, Decanus, A. Wynen, *Ponens,* G. Heard.
Vinculi Defensor: I. Trezzi; R. Bidagor, *deputatus.*
Advocatus: D. Lazzarato.
Dubia: I. « An constet de matrimonii nullitate, in casu »; et quatenus negative: II. « An consilium praestandum sit Sanctissimo pro dispensatione super matrimonio rato et non consummato, in casu ».
Sententia diei 26 Ianuarii : « Negative ad utrumque ».

VIII. N. N. – NULLITATIS MATRIMONII *ob impotentiam mulieris et* DISPENSATIONIS SUPER RATO.

Turnus Rotalis: C. Pecorari, *Ponens,* H. Caiazzo, F. Roberti.
Vinculi Defensoris Substitutus: I. Stella.

Advocatus ex mandato gratuiti patrocinii: I. A. Ferrari.

Dubia: I. « An constet de nullitate matrimonii, in casu »; et quatenus negative: II. « An consilium praestandum sit Sanctissimo pro dispensatione super matrimonio rato et non consummato, in casu ».

Sententia diei 30 Ianuarii: Ad I. « Negative ». Ad II. « Affirmative, vetito tamen tamen mulieri transitu ad novas nuptias, inconsulta Sede Apostolica ».

IX. N. N. – Nullitatis matrimonii *ob exclusum bonum prolis.*

Turnus Rotalis: G. Heard, *Ponens,* A. Canestri, I. Teodori.

Vinculi Defensoris Substitutus: I. Stella.

Advocati: F. Della Rocca, H. Graziani.

Dubium: « An constet de matrimonii nullitate, in casu ».

Sententia diei 2 Februarii: « Negative ».

X. Ianuen. – Nullitatis matrimonii *ob clandestinitatem.*

Turnus Rotalis: H. Caiazzo, *Ponens,* F. Roberti, A. Fidecicchi.

Vinculi Defensoris Substitutus: A. Del Corpo.

Advocatus ex mandato gratuiti patrocinii: H. Napoleoni.

Dubium: « An constet de matrimonii nullitate, in casu ».

Sententia diei 16 Februarii: « Negative ».

XI. Placentina. – Nullitatis matrimonii *ob conditionem appositam.*

Turnus Rotalis: A. Wynen, *Ponens,* G. Heard, A. Canestri.

Promotor Iustitiae: I. Pendola.

Vinculi Defensoris Substitutus: A. Del Corpo.

Advocatus: Th. Ragusa.

Dubium: « An constet de matrimonii nullitate, in casu ».

Sententia die 16 Februarii: « Negative ».

XII. Mediolanen. – Nullitatis matrimonii *ex capite vis et metus et ob exclusum bonum prolis.*

Turnus Rotalis: A. Wynen, *Ponens,* G. Heard, A. Canestri.

Promotor Iustitiae: I. Pendola.

Vinculi Defensor deputatus: P. M. Lalli.

Advocatus: R. Romano.

Dubium: « An constet de matrimonii nullitate, in casu ».

Sententia diei 7 Martii: « Affirmative ».

XIII. N. N. – Nullitatis matrimonii *ob impotentiam viri.*

Turnus Rotalis: G. Heard, *Ponens,* A. Canestri, I. Teodori.

Vinculi Defensoris Substitutus: A. Del Corpo.

Advocati: R. Romano, *pro actore;* C. Bernardini, *pro conventa.*

Dubium: « An constet de nullitate matrimonii, in casu ».

Sententia diei 11 Martii : « Affirmative, vetito tamen actori transitu ad alias nuptias inconsulta Sancta Sede ».

XIV. TAURINEN. – NULLITATIS MATRIMONII *ex capite vis et metus.*

Turnus Rotalis: I. Teodori, *Ponens,* C. Pecorari, H. Caiazzo.

Vinculi Defensoris Substitutus: A. Del Corpo.

Advocatus: I. Limongelli.

Dubium: « An constet de matrimonii nullitate, in casu ».

Sententia diei 18 Martii : « Affirmative ».

XV. TAURINEN. – NULLITATIS MATRIMONII *ob simulationem consensus, ob vim et metum, ob raptum.*

Turnus Rotalis: A. Canestri, *Ponens,* I. Teodori, C. Pecorari.

Vinculi Defensoris Substitutus: I. Stella.

Advocatus: Th. Ragusa.

Dubium: « An constet de nullitate matrimonii, in casu ».

Sententia diei 18 Martii : « Negative ».

XVI. VILNEN. – NULLITATIS MATRIMONII *ex capite vis et metus.*

Turnus Rotalis: A. Jullien, Decanus, *Ponens,* A. Wynen, G. Heard.

Vinculi Defensoris Substitutus: I. Stella.

Advocatus ex mandato gratuiti patrocinii: C. Da Silva.

Dubium: « An sententia Rotalis diei 15 Ianuarii 1942 sit confirmanda, vel infirmanda, in casu ».

Sententia diei 23 Martii : « Confirmandam esse, ideoque constare de nullitate matrimonii, in casu ».

XVII. AESERNIEN. – NULLITATIS MATRIMONII *ex capite vis et metus.*

Turnus Rotalis: A. Fidecicchi, *Ponens,* F. Brennan, D. Staffa.

Vinculi Defensor deputatus: G. Oesterle.

Advocati: C. Pacelli, C. Bernardini.

Dubium: « An sententia Rotalis diei 6 Iunii 1945 sit confirmanda, vel infirmanda, in casu ».

Sententia diei 26 Martii : « Confirmandam esse, seu constare de nullitate matrimonii, in casu ».

XVIII. AQUEN. – NULLITATIS MATRIMONII *ob exclusum bonum prolis.*

Turnus Rotalis: A. Wynen, *Ponens,* G. Heard, A. Canestri.

Vinculi Defensoris Substitutus: A. Del Corpo.

Dubium: « An constet de matrimonii nullitate, in casu ».

Sententia diei 28 Martii : « Affirmative, vetito mulieri transitu ad alias nuptias nisi coram Ordinario loci sub fide iurisiurandi declaraverit se matrimonium iuxta leges divinas et ecclesiasticas inituram esse ».

XIX. CLOGHERIEN. – NULLITATIS MOTRIMONII *ex capite vis et metus.*

Turnus Rotalis: G. Heard, *Ponens, A. Canestri, I. Teodori.*

Vinculi Defensoris Substitutus: I. Stella.

Advocatus ex mandato gratuiti patrocinii: H. Graziani.

Dubia: « An constet de nullitate matrimonii, in casu » ; et quatenus negative : II. « An consilium praestandum sit Sanctissimo pro dispensatione super matrimonio rato et non consummato, in casu ».

Sententia die 30 Martii : Ad I. « Negative ». Ad II. « Affirmative ».

XX. VERULANA. – NULLITATIS MATRIMONII *ex capite vis et metus.*

Turnus Rotalis: A Fidecicchi, *Ponens,* F. Brennan, D. Staffa.

Vinculi Defensor deputatus: V. Caselli.

Advocati: P. Fedele, R. Romano.

Dubium: « An constet de nullitate matrimonii, in casu ».

Sententia diei 1 Aprilis : « Negative ».

XXI. ROMANA. – NULLITATIS MATRIMONII *ex capite vis et metus.*

Turnus Rotalis: C. Pecorari, *Ponens,* H. Caiazzo, A. Fidecicchi.

Vinculi Defensoris Substitutus: I. Stella.

Advocatus ex mandato gratuiti patrocinii: I. Spinelli.

Dubium: « An constet de matrimonii nullitate, in casu ».

Sententia diei 11 Aprilis : « Affirmative ».

XXII. N. N. – NULLITATIS MATRIMONII *ob simulationem consensus et ob exclusionem boni prolis.*

Turnus Rotalis: A. Wynen, *Ponens,* G. Heard, A. Canestri.

Vinculi Defensor deputatus: G. Oesterle.

Advocatus: R. Romano.

Dubium: « An constet de matrimonii nullitate, in casu ».

Sententia diei 13 Aprilis : « Affirmative, vetito viro transitu ad alias nuptias nisi coram Ordinario loci sub fide iurisiurandi declaraverit se novas nuptias initurum esse cum recta intentione prout decet homines christianos ».

XXIII. N. N. – NULLITATIS MATRIMONII *ob simulationem consensus, ob exclusionem boni sacramenti et boni prolis.*

Turnus Rotalis: A. Canestri, *Ponens,* I. Teodori, C. Pecorari.

Vinculi Defensoris Substitutus: I. Stella.

Advocatus: P. A. D'Avack.

Dubium: « An constet de matrimonii nullitate, in casu ».

Sententia diei 16 Aprilis: « Affirmative, vetito parti conventae transitu ad ulteriores nuptias inconsulta Sede Apostolica ».

XXIV. CARTHAGINEN. – NULLITATIS MATRIMONII *ex capite vis et metus.*

Turnus Rotalis: A. Fidecicchi, *Ponens,* F. Brennan, D. Staffa.

Vinculi Defensoris Substitutus: A. Del Corpo.

Advocatus: C. Bernardini.

Dubium: « An constet de matrimonii nullitate, in casu ».

Sententia diei 16 Aprilis: « Negative ».

XXV. ROMANA. – NULLITATIS MATRIMONII *ex capite vis et metus.*

Turnus Rotalis: G. Heard, *Ponens,* A. Canestri, I. Teodori.

Vinculi Defensoris Substitutus: A. Del Corpo.

Advocati ex mandato gratuiti patrocinii: G. Felici, *pro actore;* I. Spinelli, *pro conventa.*

Dubium: « An constet de matrimonii nullitate, in casu ».

Sententia diei 16 Aprilis: « Affirmative ».

XXVI. N. N. – NULLITATIS MATRIMONII *ob defectum consensus, ob exclusam indissolubilitatem, ob appositam conditionem, ob impotentiam mulieris.*

Turnus Rotalis: G. Heard, *Ponens,* A. Canestri, I. Teodori.

Vinculi Defensor deputatus: G. Oesterle.

Advocatus ex mandato gratuiti patrocinii: A. D'Alessandri.

Dubia: I. « An constet de nullitate matrimonii, in casu »; et quatenus negative: II. « An consilium praestandum sit Sanctissimo pro dispensatione super matrimonio rato et non consummato, in casu ».

Sententia diei 27 Aprilis: « Negative ad utrumque ».

XXVII. ROMANA. – NULLITATIS MATRIMONII *ob impedimentum ligaminis.*

Turnus Rotalis: I. Teodori, *Ponens,* C. Pecorari, H. Caiazzo.

Promotor Iustitiae: I. Pendola.

Vinculi Defensoris Substitutus: I. Stella.

Dubium: « An constet de matrimonii nullitate, in casu ».

Sententia diei 29 Aprilis: « Affirmative ».

XXVIII. ROMANA. – NULLITATIS MATRIMONII *ex capite vis et metus.*

Turnus Rotalis: A. Fidecicchi, *Ponens,* F. Brennan, D. Staffa.

Vinculi Defensor deputatus: O. Bejan.
Advocati: A. Mittiga, C. Bernardini.
Dubium: « An constet de matrimonii nullitate, in casu ».
Sententia diei 30 Aprilis: « Negative ».

XXIX. ASCULANA IN PICENO. – NULLITATIS MATRIMONII *ex capite vis et metus.*

Turnus Rotalis: H. Caiazzo, *Ponens,* A. Fidecicchi, F. Brennan.
Vinculi Defensor deputatus: V. Caselli.
Advocatus ex mandato gratuiti patrocinii: L. Iacobelli.
Dubium: « An constet de matrimonii nullitate, in casu ».
Sententia diei 4 Maii: « Negative ».

XXX. ROMANA. – NULLITATIS MATRIMONII *ob impedimentum criminis.*

Turnus Rotalis: A. Jullien, Decanus, F. Brennan, *Ponens,* D. Staffa.
Promotor Iustitiae deputatus: I. Stella.
Vinculi Defensoris Substitutus: A. Del Corpo.
Advocatus: Th. Ragusa.
Dubium: « An sententia Rotalis diei 26 Iulii 1945 sit confirmanda, vel infirmanda, in casu ».
Sententia diei 4 Maii: « Confirmandam esse, ideoque constare de nullitate matrimonii, in casu ».

XXXI. PANORMITANA – NULLITATIS MATRIMONII *ob conditionem appositam, ob simulationem consensus.*

Turnus Rotalis: A. Canestri, *Ponens,* I. Teodori, C. Pecorari.
Vinculi Defensoris Substitutus: I. Stella.
Advocatus: P. A. D'Avack.
Dubium: « An constet de matrimonii nullitate, in casu ».
Sententia diei 17 Maii: « Negative ».

XXXII. N. N. – NULLITATIS MATRIMONII *ob exclusionem boni sacramenti et boni prolis, et* DISPENSATIONIS SUPER RATO.

Turnus Rotalis: A. Jullien, Decanus, *Ponens,* A. Wynen, G. Heard.
Vinculi Defensoris Substitutus: I. Stella.
Advocatus: M. Mantovani.
Dubia: I. « An constet de nullitate matrimonii, in casu »; et quatenus negative: II. « An consilium praestandum sit Sanctissimo pro dispensatione super matrimonio rato et non consummato, in casu ».
Sententia diei 29 Maii: « Negative ad utrumque ».

XXXIII. RHEGINEN. – NULLITATIS MATRIMONII *ob impedimentum raptus, ob defectum consensus.*

Turnus Rotalis: C. Pecorari, *Ponens,* H. Caiazzo, A. Fidecicchi.
Vinculi Defensoris Substitutus: I. Stella.
Advocatus ex mandato gratuiti patrocinii: M. D'Alfonso.
Dubium: « An constet de matrimonii nullitate, in casu ».
Sententia diei 5 Iunii : « Negative ».

XXXIV. KATOVICEN. – NULLITATIS MATRIMONII *ex capite vis et metus.*

Turnus Rotalis: A. Jullien, Decanus, *Ponens,* A. Wynen, G. Heard.
Vinculi Defensor deputatus: I. Casoria.
Advocatus ex mandato gratuiti patrocinii: G. Felici.
Dubium : « An sententia Rotalis diei 15 Aprilis 1944 sit confirmanda, vel infirmanda, in casu ».
Sententia diei 5 Iunii : « Confirmandam esse, ideoque non constare de nullitate matrimonii, in casu ».

XXXV. ROMANA – NULLITATIS MATRIMONII *ex capite vis et metus et ob ignorantiam naturae matrimonii.*

Turnus Rotalis: I. Teodori, *Ponens,* C. Pecorari, H. Caiazzo.
Vinculi Defensoris Substitutus: A. Del Corpo.
Advocatus ex mandato gratuiti patrocinii: G. Felici.
Dubium: « An constet de matrimonii nullitate, in casu ».
Sententia diei 17 Iunii : « Negative ».

XXXVI. ROMANA – NULLITATIS MATRIMONII *ob defectum consensus.*

Turnus Rotalis: G. Heard, *Ponens,* A. Fidecicchi, F. Brennan.
Vinculi Defensor deputatus: R. Bidagor.
Advocati: C. Bernardini, *pro actore;* C. Corsanego, *pro conventa.*
Dubium: « An constet de matrimonii nullitate, in casu ».
Sententia diei 13 Iulii : « Negative ».

XXXVII. ROMANA – NULLITATIS MATRIMONII *ex capite vis et metus.*

Turnus Rotalis: H. Caiazzo, *Ponens,* A. Fidecicchi, F. Brennan.
Vinculi Defensoris Substitutus: I. Stella.
Advocatus ex mandato gratuiti patrocinii: F. Cartoni.
Dubium: « An constet de matrimonii nullitate, in casu ».
Sententia diei 13 Iulii : « Negative ».

XXXVIII. FLORENTINA – NULLITATIS MATRIMONII *ex capite vis et metus.*

Turnus Rotalis: A. Fidecicchi, *Ponens,* F. Brennan, D. Staffa.
Vinculi Defensoris Substitutus: I. Stella.

Advocati: A. Catelani, R. Romano.

Dubium: « An constet de matrimonii nullitate, in casu ».

Sententia diei 16 Iulii: « Affirmative ».

XXXIX. Florentina – Nullitatis matrimonii *ob defectum consensus.*

Turnus Rotalis: A. Jullien, Decanus, *Ponens,* G. Heard, D. Staffa.

Vinculi Defensor deputatus: P. M. Lalli.

Advocatus ex mandato gratuiti patrocinii: I. Torre.

Dubium: « An sententia Rotalis diei 16 Iunii 1945 sit confirmanda, vel infirmanda, in casu ».

Sententia diei 16 Iulii: « Confirmandum esse, ideoque constare de nullitate matrimonii, in casu ».

XL. Taurinen. – Nullitatis matrimonii *ob conditionem contra bonum prolis.*

Turnus Rotalis: A. Wynen, *Ponens,* G. Heard, A. Canestri.

Vinculi Defensor deputatus: F. Romita.

Advocatus ex mandato gratuiti patrocinii: C. Da Silva

Dubium: « An sententia Rotalis diei 26 Februarii 1945 sit confirmanda, vel infirmanda, in casu ».

Sententia diei 16 Iulii: « Confirmandam esse, ideoque non constare de matrimonii nullitate, in casu ».

XLI. Sutrina – Nullitatis matrimonii *ex capite vis et metus.*

Turnus Rotalis: G. Heard, *Ponens,* A. Canestri, I. Teodori.

Vinculi Defensor deputatus: P. M. Lalli.

Advocatus ex mandato gratuiti patrocinii: I. Torre.

Dubium: « An constet de matrimonii nullitate, in casu ».

Sententia diei 20 Iulii: « Affirmative ».

XLII. Neo-Eboracen. – Nullitatis matrimonii *ob impedimentum consanguinitatis.*

Turnus Rotalis: A. Jullien, Decanus, A. Fidecicchi, F. Brennan, *Ponens.*

Vinculi Defensoris Substitutus: A. Del Corpo.

Advocatus ex mandato gratuiti patrocinii: Th. Ragusa.

Dubium: « An constet de matrimonii nullitate, in casu ».

Sententia diei 20 Iulii: « Affirmative ».

XLIII. N. N. – Nullitatis matrimonii *ob impotentiam viri, et* Dispensationis super rato.

Turnus Rotalis: C. Pecorari, *Ponens,* H. Caiazzo, A. Fidecicchi.

Vinculi Defensor deputatus: G. Oesterle.

Advocatus: D. Lazzarato.

Dubia: I. « An constet de nullitate matrimonii, in casu »; et quatenus negative: II. « An consilium praestandum sit Sanctissimo pro dispensatione super matrimonio rato et non consummato, in casu ».

Sententia diei 9 Octobris: Ad I. « Negative ». Ad II. « Affirmative, vetito tamen viro transitu ad alias nuptias, inconsulta Sancta Sede ».

XLIV. TAURINEN. – NULLITATIS MATRIMONII *ob exclusionem boni prolis et boni sacramenti.*

Turnus Rotalis: A. Jullien, Decanus, *Ponens,* A. Wynen, D. Staffa.

Promotor Iustitiae: I. Pendola.

Vinculi Defensor deputatus: I. M. Casoria.

Advocati: I. B. Ferrata, C. Bernardini.

Dubium: « An sententia Rotalis diei 23 Aprilis 1942 sit confirmanda, vel infirmanda, in casu ».

Sententia diei 16 Octobris: « Infirmandam esse, ideoque constare de nullitate matrimonii, in casu ».

XLV. ROMANA – NULLITATIS MATRIMONII *ex capite vis et metus.*

Turnus Rotalis: A. Wynen, F. Brennan, *Ponens,* D. Staffa.

Vinculi Defensor deputatus: A. Schönegger.

Advocati: F. Della Rocca, H. Graziani.

Dubium: « An constet de matrimonii nullitate, in casu ».

Sententia diei 21 Octobris: « Negative ».

XLVI. ROMANA – NULLITATIS MATRIMONII *ob impedimentum raptus, ob vim et metum.*

Turnus Rotalis: I. Teodori, *Ponens,* C. Pecorari, H. Caziazzo.

Vinculi Defensoris Substitutus: I. Stella.

Advocatus ex mandato gratuiti patrocinii: F. Liuzzi.

Dubium: « An constet de matrimonii nullitate, in casu ».

Sententia diei 24 Octobris: « Affirmative ».

XLVII. CHICAGIEN. – NULLITATIS MATRIMONII *ob conditionem appositam et ob exclusum bonum prolis, et* DISPENSATIONIS SUPER RATO.

Turnus Rotalis: A. Jullien, Decanus, *Ponens,* A. Wynen, G. Heard.

Vinculi Defensor deputatus: A. a Langasco.

Advocatus ex mandato gratuiti patrocinii: C. Da Silva.

Dubia: I. « An constet de nullitate matrimonii, in casu »; et qua-

tenus negative: II. « An consilium praestandum sit Sanctissimo pro dispensatione super matrimonio rato et non consummato, in casu ».

Sententia diei 30 Octobris: Ad I. « Affirmative ». Ad II. « Provisum in primo ».

XLVIII. MUTILEN. – NULLITATIS MATRIMONII *ex capite vis et metus.*

Turnus Rotalis: C. Pecorari, *Ponens,* H. Caiazzo, A. Fidecicchi.

Vinculi Defensor deputatus: G. Oesterle.

Advocatus ex mandato gratuiti patrocinii: A. Marroncello.

Dubium: « An constet de matrimonii nullitate, in casu ».

Sententia diei 6 Novembris: « Affirmative ».

XLIX. N. N. – NULLITATIS MATRIMONII *ob impotentiam viri.*

Turnus Rotalis: A. Canestri, *Ponens,* I. Teodori, C. Pecorari.

Vinculi Defensor deputatus: I. Calvi.

Advocatus ex mandato gratuiti patrocinii: F. Cartoni.

Dubium: « An constet de matrimonii nullitate, in casu ».

Sententia diei 8 Novembris: « Negative ».

L. N. N. – NULLITATIS MATRIMONII *ex capite vis et metus et ob simulationem consensus.*

Turnus Rotalis: A. Canestri, *Ponens,* I. Teodori, C. Pecorari.

Vinculi Defensoris Substitutus: I. Stella.

Advocatus ex mandato gratuiti patrocinii: H. Napoleoni.

Dubium: « An constet de matrimonii nullitate, in casu ».

Sententia diei 8 Novembris: « Negative ».

LI. BABYLONEN. SYRORUM – NULLITATIS MATRIMONII *ex capite vis et metus.*

Turnus Rotalis: G. Heard, *Ponens,* A. Canestri, I. Teodori.

Vinculi Defensor deputatus: C. Da Silva.

Advocatus ex mandato gratuiti patrocinii: C. Bernardini.

Dubium: « An constet de matrimonii nullitate, in casu ».

Sententia diei 9 Novembris: « Affirmative ».

LII. ROMANA – NULLITATIS MATRIMONII *ex capite vis et metus et simulati consensus et* DISPENSATIONIS SUPER RATO.

Turnus Rotalis: A. Jullien, Decanus, A. Wynen, *Ponens,* D. Staffa.

Promotor Iustitiae: I. Pendola.

Vinculi Defensor: I. Trezzi.

Advocati: I. Torre, Th. Ragusa, *pro actore;* A. Mittiga, *pro conventa.*

Dubium: « An sententia Rotalis diei 19 Iunii 1943 sit confirmanda, vel infirmanda, in casu ».

Sententia diei 16 Novembris: « Confirmandam esse quoad nullitatem matrimonii, et infirmandam quoad dispensationem Sanctissimo consulendam, idest non constare de matrimonii nullitate, sed consilium praestandum esse Sanctissimo pro dispensatione super matrimonio rato et non consummato, in casu, vetito viro transitu ad alias nuptias, inconsulta Sancta Sede ».

LIII. Romana – Nullitatis matrimonii *ex capite vis et metus.*

Turnus Rotalis: A. Fidecicchi, *Ponens,* F. Brennan, D. Staffa.

Vinculi Defensoris Substitutus: I. Stella.

Advocatus ex mandato gratuiti patrocinii: F. Bersani.

Dubium: « An sententia Rotalis diei 26 Maii 1945 sit confirmanda, vel infirmanda, in casu ».

Sententia diei 19 Novembris: « Confirmandam esse, seu constare de nullitate matrimonii, in casu ».

LIV. Montis Regalis in Pedemonte – Nullitatis matrimonii *ex capite vis et metus.*

Turnus Rotalis: C. Pecorari, *Ponens,* H. Caiazzo, A. Fidecicchi.

Vinculi Defensor deputatus: P. Palazzini.

Advocatus ex mandato gratuiti patrocinii: A. D'Alessandri.

Dubium: « An constet de matrimonii nullitate, in casu ».

Sententia diei 23 Novembris: « Affirmative ».

LV. Eporedien. – Nullitatis matrimonii *ex capite vis et metus.*

Turnus Rotalis: I. Teodori, *Ponens,* C. Pecorari, C. Caiazzo.

Vinculi Defensor deputatus: P. Tocanel.

Advocati: I. B. Nicola, H. Napoleoni.

Dubium: « An constet de matrimonii nullitate, in casu ».

Sententia diei 23 Novembris: « Negative ».

LVI. Florentina – Nullitatis matrimonii *ob exclusum bonum prolis, ob vim et metum.*

Turnus Rotalis: H. Caiazzo, *Ponens,* A. Fidecicchi, F. Brennan.

Vinculi Defensoris Substitutus: I. Stella.

Advocatus: R. Romano.

Dubium: « An constet de matrimonii nullitate, in casu ».

Sententia diei 27 Novembris: « Affirmative ».

LVII. N. N. – NULLITATIS MATRIMONII *ob impotentiam viri et* DISPENSATIONIS SUPER RATO.

Turnus Rotalis: G. Heard, *Ponens,* A. Canestri, I. Teodori.

Vinculi Defensoris Substitutus: A. Del Corpo.

Advocatus ex mandato gratuiti patrocinii: D. Lazzarato.

Dubia: I. « An sententia Rotalis diei 7 Martii 1945 sit confirmanda, vel infirmanda, in casu »; et quatenus negative: II. « An consilium praestandum sit Sanctissimo pro dispensatione super matrimonio rato et non consummato, in casu ».

Sententia diei 30 Novembris: Ad I. « Infirmandam esse, et ideo constare de nullitate matrimonii, in casu ». Ad II. « Provisum in primo ».

LVIII. FLORENTINA – NULLITATIS MATRIMONII *ob amentiam mulieris.*

Turnus Rotalis: A. Wynen, *Ponens,* G. Heard, A. Canestri.

Vinculi Defensoris Substitutus: A. Del Corpo.

Advocati: A. Catelani, R. Romano.

Dubium: « An sententia Rotalis diei 20 Iunii 1944 sit confirmanda, vel infirmanda, in casu ».

Sententia diei 7 Decembris: « Confirmandam esse, ideoque constare de matrimonii nullitate, in casu ».

LIX. MEDIOLANEN. – NULLITATIS MATRIMONII *ex capite vis et metus.*

Turnus Rotalis: A. Jullien, Decanus, *Ponens,* F. Brennan, D. Staffa.

Promotor Iustitiae: I. Pendola.

Vinculi Defensor deputatus: P. Palazzini.

Advocatus: R. Romano.

Dubium: « An sententia Rotalis diei 7 Martii 1946, sit confirmanda, vel infirmanda, in casu ».

Sententia diei 7 Decembris: « Confirmandam esse, idest constare de nullitate matrimonii, in casu ».

LX. SOUTHWARCEN. – NULLITATIS MATRIMONII *ob impotentiam mulieris et* DISPENSATIONIS SUPER RATO.

Turnus Rotalis: A. Wynen, *Ponens,* G. Heard, A. Canestri.

Vinculi Defensoris Substitutus: A. Del Corpo.

Advocatus: R. Romano.

Dubia: I. « An constet de matrimonii nullitate, in casu »; et quatenus negative: II. « An consilium praestandum sit Sanctissimo pro dispensatione super matrimonio rato et non consummato, in casu ».

Sententia diei 12 Decembris: « Ad I. « Negative ». Ad II. « Affirmative ».

LXI. N. N. – NULLITATIS MATRIMONII *ob impotentiam viri et* DISPENSATIONIS SUPER RATO.

Turnus Rotalis: C. Pecorari, *Ponens,* H. Caiazzo, A. Fidecicchi.

Vinculi Defensor deputatus: O. Bejan.

Advocatus: Th. Ragusa.

Dubia: I. « An constet de nullitate matrimonii, in casu »; et quatenus negative: II. « An consilium praestandum sit Sanctissimo pro dispensatione super matrimonio rato et non consummato, in casu ».

Sententia diei 18 Decembris: « Negative ad utrumque ».

LXII. AGRIGENTINA – NULLITATIS MATRIMONII *ex capite vis et metus.*

Turnus Rotalis: A. Wynen, *Ponens,* G. Heard, A. Canestri.

Vinculi Defensoris Substitutus: A. Del Corpo.

Advocatus: C. Bernardini.

Dubium: « An constet de matrimonii nullitate, in casu ».

Sententia diei 19 Decembris: « Affirmative ».

LXIII. KIELCEN. – NULLITATIS MATRIMONII *ex capite vis et metus.*

Turnus Rotalis: H. Caiazzo, *Ponens,* A. Fidecicchi, F. Brennan.

Vinculi Defensoris Substitutus: I. Stella.

Advocatus: M. Strojny.

Dubium: « An constet de matrimonii nullitate, in casu ».

Sententia diei 21 Decembris: « Affirmative ».

II

Causae quae eodem anno 1946 transactae fuerunt, vel quae absque definitiva sententia, ex peculiaribus circumstantiis, finem habuerunt; quibus adduntur decreta quoad recursus contra libellorum reiectionem.

I. BASILEEN. – *Nullitatis matrimonii, ob vim vel metum,* coram R. P. D. Henrico Caiazzo.

Cum per annum et ultra nullus actus processualis positus fuerit, R. P. D. Ponens, decreto diei 2 Ianuarii, declarat appellationem desertam esse et acta causae in archivo reponi iubet.

II. PISANA – *Nullitatis matrimonii, ob amentiam mulieris,* coram R. P. D. Henrico Caiazzo.

Cum per annum et ultra nullus actus iudicialis positus fuerit, R. P. D. Ponens, decreto diei 2 Ianuarii, declarat instantiam peremptam et mandat acta causae reponi in archivo.

III. PARISIEN. – *Nullitatis matrimonii, ob vim vel metum,* coram R. P. D. Caesare Pecorari.

Cum intra tempus a iure statutum nullus actus processualis positus fuerit, R. P. D. Ponens, decreto diei 15 Ianuarii, instantiam partis actricis declarat desertam et acta causae reponi in archivo iubet.

IV. DREPANEN. – *Nullitatis matrimonii, ob vim vel metum,* coram Excmo P. D. Andrea Jullien, Decano.

Cum nullus actus processualis ab anno et ultra positus fuerit, Excmus P. D. Decanus Ponens, decreto diei 19 Ianuarii, recursum peremptum declarat et iubet acta causae in archivo reponi.

V. ROMANA – *Nullitatis matrimonii, ob vim vel metum,* coram Excmo P. D. Andrea Jullien, Decano.

Cum ab anno et ultra actus processualis nullus positus fuerit, Excmus P. D. Decanus Ponens, decreto diei 23 Ianuarii, declarat appellationem desertam, actaque causae in archivo reponi iubet.

VI. IANUEN. – *Nullitatis matrimonii, ob defectum consensus,* coram Excmo P. D. Andrea Jullien, Decano.

Cum per annum et ultra nullus actus processualis positus fuerit, Excmus P. D. Decanus Ponens, decreto diei 23 Ianuarii, declarat recursum interpositum esse desertum, atque iubet acta in archivo reponi.

VII. LAURETANA – *Nullitatis matrimonii, ob defectum consensus,* coram Excmo P. D. Andrea Jullien, Decano.

Cum per annum et ultra nullus actus processualis positus fuerit, Excmus P. D. Decanus Ponens, decreto diei 23 Ianuarii, declarat appellationem desertam, atque iubet acta in archivo reponi.

VIII. MEDIOLANEN. – *Nullitatis matrimonii, ob vim vel metum,* coram R. P. D. Caesare Pecorari.

Cum intra terminos in iure statutos, appellationem a sententia Tribunalis Ianuensis, diei 12 Februarii 1942, actor prosequutus non fuerit, R. P. D. Ponens, decreto diei 4 Februarii, declarat appellationem desertam, atque iubet acta in archivo reponi.

IX. UTINEN. – *Nullitatis matrimonii, ob amentiam mulieris,* coram R. P. D. Francisco Roberti.

Attenta renuntiatione Patroni partis actricis, R. P. D. Ponens, decreto diei 4 Februarii, iubet acta in archivo reponi, dummodo Patronus habuerit speciale mandatum.

X. ROMANA – *Nullitatis matrimonii, ob vim vel metum,* coram R. P. D. Francisco Roberti.

Cum nullus actus processualis positus fuerit per annum et amplius, R. P. D. Ponens, decreto diei 4 Februarii, processum declarat peremptum, et acta in archivo poni iubet.

XI. ROMANA – *Nullitatis matrimonii, ob vim vel metum, et ob simulationem consensus,* coram R. P. D. Francisco Roberti.

Cum nullus actus processualis positus fuerit per annum, R. P. D. Ponens, decreto diei 4 Februarii, declarat appellationem desertam, et acta causae iubet in archivo reponi.

XII. KATOVICEN. – *Nullitatis matrimonii, ob vim vel metum et ob simulationem consensus,* coram R. P. D. Francisco Roberti.

Cum plus quam biennium defluxerit quin ullus actus processualis sit positus, R. P. D. Ponens, decreto diei 9 Februarii, appellationem declarat desertam, et acta reponi iubet in archivo.

XIII. MASSANA – *Nullitatis matrimonii, ob vim vel metum,* coram R. P. D. Ioanne Teodori.

Cum nullus actus processualis positus sit per biennium et ultra, R. P. D. Ponens, decreto diei 9 Februarii, declarat appellationem desertam, et acta causae iubet in archivo reponi.

XIV. AGRIEN. – *Nullitatis matrimonii, ob vim vel metum,* coram R. P. D. Ioanne Teodori.

Cum statuto a iure tempore, nullus actus processualis positus sit ad appellationem prosequendam, R. P. D. Ponens, decreto diei 9 Februarii, eamdem appellationem declarat desertam, et acta causae in archivo reponi iubet.

XV. MOLINEN. – *Nullitatis matrimonii, ob exclusum bonum prolis,* coram R. P. D. Ioanne Teodori.

Cum plus quam quadriennium defluxerit sine alicuius actus processualis positione, R. P. D. Ponens, decreto diei 9 Februarii, appellationem declarat desertam, et in archivo acta reponi iubet.

XVI. VILNEN. – *Nullitatis matrimonii, ob vim vel metum,* coram R. P. D. Ioanne Teodori.

Cum plus quam quinquennium transierit sine alicuius actus processualis positione, R. P. D. Ponens, decreto diei 9 Februarii, appellationem declarat desertam, et in archivo reponi iubet acta causae.

XVII. ROMANA – *Nullitatis matrimonii, ob vim vel metum,* coram R. P. D. Francisco Roberti.

Cum nullus actus processualis positus sit per annum et amplius, R. P. D. Ponens, decreto diei 18 Februarii, processum declarat peremptum, et acta causae iubet in archivo reponi.

XVIII. NERITONEN. – *Nullitatis matrimonii, ob conditionem appositam,* coram R. P. D. Francisco Roberti.

Cum per biennium et ultra nullus actus processualis positus fuerit, R. P. D. Ponens, decreto diei 4 Martii, declarat instantiam peremptam, quapropter iubet acta in archivo reponi.

XIX. FLORENTINA – *Nullitatis matrimonii, ob vim vel metum,* coram Guillelmo Heard.

Cum per annum et amplius nullus positus sit actus processualis, R. P. D. Ponens, decreto diei 7 Martii, causam declarat desertam, et acta in archivo poni iubet.

XX. BONONIEN. – *Nullitatis matrimonii, ob impotentiam viri et ob defectum consensus,* coram Excmo P. D. Andrea Jullien, Decano.

Attenta morte actoris, Excmus P. D. Decanus Ponens, decreto diei 9 Martii, iubet acta in archivo reponi.

XXI. PARISIEN. – *Nullitatis matrimonii, ob exclusum bonum prolis,* coram R. P. D. Caesare Pecorari.

Cum per plures annos nullus actus processualis positus fuerit, R. P. D. Ponens, decreto diei 11 Martii, instantiam declarat peremptam, et acta in archivo reponi iubet.

XXII. RHEMEN. – *Nullitatis matrimonii, ob vim vel metum,* coram R. P. D. Caesare Pecorari.

Cum nullus actus processualis tempore utili positus fuerit, R. P. D. Ponens, decreto diei 11 Martii, instantiam declarat peremptam, et acta in archivo poni iubet.

XXIII. VALENTINA – *Separationis,* coram R. P. D. Caesare Pecorari.

Cum per ultra biennium nullus actus processualis positus fuerit, R. P. D. Ponens, decreto diei 11 Martii, declarat instantiam peremptam, et acta in archivo poni iubet.

XXIV. MAZARIEN. *Nullitatis matrimonii, ob defectum consensus,* coram R. P. D. Arcturo Wynen.

Cum utraque pars renuntiaverit prosecutioni causae, R. P. D. Ponens, decreto diei 13 Martii, declaravit causam esse finitam, et acta in archivo reponi iussit.

XXV. PARISIEN – *Nullitatis matrimonii, ob clandestinitatem et ob impedimentum consanguinitatis,* coram R. P. D. Arcturo Wynen.

Cum pars conventa supremum obierit diem, cumque pars actrix causam prosequi nolit, R. P. D. Ponens, decreto diei 13 Martii, declaravit causam esse finitam, et acta in archivo reponi iussit.

XXVI. SALUTIARUM – *Iurium,* coram R. P. D. Caesare Pecorari.

R. P. D. Ponens, decreto diei 16 Martii, causam per mortem actoris declarat finitam, et acta in archivo reponi iubet.

XXVII. FLORENTINA – *Nullitatis matrimonii, ob impotentiam viri,* coram R. P. D. Arcturo Wynen.

Cum pars actrix renuntiaverit prosecutioni causae, et cum altera pars demonstraverit se nullum habere interesse circa prosecutionem causae, R. P. D. Ponens, decreto diei 18 Martii, declarat causam esse finitam, et acta in archivo reponi iubet.

XXVIII. CORCAGIEN. – *Nullitatis matrimonii, ob impotentiam viri,* coram R. P. D. Caesare Pecorari.

Cum actor obierit, causam, ad cuius prosecutionem pars conventa nullum interesse habet, R. P. D. Ponens, decreto diei 20 Martii, declarat finitam, et acta iubet poni in archivo.

XXIX. FLORENTINA – *Nullitatis matrimonii, Incidentis,* coram R. P. D. Augusto Fidecicchi.

Cum nullus processualis actus habitus sit, R. P. D. Ponens, decreto diei 4 Aprilis, acta causae in archivo reponi iussit.

XXX. FLORENTINA – *Nullitatis matrimonii, ob vim vel metum,* coram R. P. D. Arcturo Wynen.

Cum vir conventus supremum obierit diem, cumque actrix causam prosequi nolit, R. P. D. Ponens, decreto diei 10 Aprilis, declaravit causam finitam esse, et acta in archivo reponi iussit.

XXXI. COLONIEN. – *Nullitatis matrimonii, ob conditionem contra indissolubilitatem,* coram R. P. D. Augusto Fidecicchi.

Cum actor supremum diem obierit, R. P. D. Ponens, decreto diei 24 Aprilis, declaravit causam finitam esse, et acta reponi in archivo iussit.

XXXII. VIC. APOST. DANIAE – *Nullitatis matrimonii, super reiectione libelli,* coram R. P. D. Alberto Canestri.

Cum intra tempus a iure statutum nullus actus iudicialis fuerit emissus, R. P. D. Ponens, decreto diei 1 Maii, declarat recursum interpositum esse desertum, et acta in archivo reponenda.

XXXIII. ROMANA – *Nullitatis matrimonii, ob clandestinitatem,* coram R. P. D. Arcturo Wynen.

Cum actrix prosecutioni causae renuntiaverit, cumque vir conventus, ignoti domicilii, interrogari nequeat an ipse causam prosequi velit, R. P. D. Ponens, decreto diei 18 Maii, declaravit causam esse finitam, et acta in archivo reponi iussit.

XXXIV. LEODIEN. – *Nullitatis matrimonii, ob vim vel metum,* coram R. P. D. Alberto Canestri.

Cum intra praefinitum tempus nullus actus iudicialis positus fuerit, R. P. D. Ponens, decreto diei 25 Maii, causam declarat desertam, et acta iubet in archivo reponi.

XXXV. LYCIEN. – *Nullitatis matrimonii, Incidentis,* coram R. P. D. Ioanne Teodori.

Cum actrix in gratiam cum parte conventa rediverit, R. P. D. Ponens, decreto diei 27 Maii, acta reponi iubet in archivo.

XXXVI. TAURINEN. – *Nullitatis matrimonii, ob exclusum bonum prolis,* coram R. P. D. Ioanne Teodori.

Cum intra statutum tempus duorum mensium actrix non solverit expensas praecedentis instantiae, R. P. D. Ponens, decreto diei 27 Maii, acta in archivo reponi iubet.

XXXVII. STATUS CIVITATIS VATICANAE – *Poenarum, coram* R. P. D. Ioanne Teodori.

Cum per annum et amplius nullus fuerit positus actus iudicialis, R. P. D. Ponens, decreto diei 27 Maii, appellationem declarat desertam, et acta reponi in archivo iubet.

XXXVIII. QUEBECEN. – *Iurium,* coram R. P. D. Caesare Pecorari.

R. P. D. Ponens, decreto diei 3 Iunii, renuntiationem actoris admittit, iubens ut acta incidentalis causae, nondum definitae, in archivo ponantur.

XXXIX. ROMANA – *Nullitatis matrimonii,* ob vim vel metum, coram R. P. D. Alberto Canestri.

Cum statuto a iure tempore nullus actus processualis positus fuerit, R. P. D. Ponens, decreto diei 6 Iunii, declarat appellationem esse desertam, et iubet acta causae in archivo reponi.

XL. MANTUANA SEU IANUEN. – *Nullitatis matrimonii, ob impotentiam mulieris, coram* R. P. D. Alberto Canestri.

Cum statuto a iure tempore nullus actus processualis positus fuerit, R. P. D. Ponens, decreto diei 6 Iunii, declarat appellationem desertam, et iubet acta in archivo reponi.

XLI. IANUEN. – *Proprietatis,* coram Excmo P. D. Andrea Jullien, Decano.

Cum nullus actus processualis per annum et ultra positus sit, Excmus P. D. Decanus Ponens, decreto diei 26 Iunii, causam declarat desertam, et acta in archivo poni iubet.

XLII. MATRITEN. – *Piae Fundationis, Incidentis de lite finita et de competentia,* coram Excmo P. D. Andrea Jullien, Decano.

Cum tempore a iure statuto nullus actus processualis positus sit, Excmus P. D. Decanus Ponens, decreto diei 26 Iunii, causam declarat peremptam, et acta in archivo reponi iubet.

XLIII. SMYRNEN. – *Nullitatis matrimonii, ob errorem et ob defectum consensus,* coram R. P. D. Caesare Pecorari.

Cum nullus actus processualis, quin obstiterit legitimum impedimentum, per biennium et ultra positus fuerit, instantiam R. P. D. Ponens, decreto diei 2 Iulii, declarat peremptam, et acta in archivo poni iubet.

XLIV. ROMANA. – *Nullitatis matrimonii, ob vim vel metum,* coram R. P. D. Henrico Caiazzo.

Cum per annum et ultra nullus actus iudicialis positus fuerit, R. P. D. Ponens, decreto diei 4 Iulii, declarat instantiam peremptam esse, et mandat acta reponi in archivo.

XLV. WESTMONASTERIEN. – *Nullitatis matrimonii, ob impedimentum ligaminis,* coram R. P. D. Guillelmo Heard.

Cum nullus actus processualis per annum positus sit, R. P. D. Ponens, decreto diei 4 Iulii, appellationem declarat desertam, et causae acta in archivo poni iubet.

XLVI. PARISIEN. – *Nullitatis matrimonii, ob exclusum bonum prolis,* coram R. P. D. Guillelmo Heard.

Cum per annum et amplius nullus actus processualis positus sit, R. P. D. Ponens, decreto diei 4 Iulii, appellationem declarat desertam, et acta causae in archivo poni iubet.

XLVII. NEAPOLITANA – *Nullitatis matrimonii, ob vim vel metum,* coram R. P. D. Guillelmo Heard.

Cum nullus actus processualis positus sit per annum, R. P. D. Ponens, decreto diei 4 Iulii, appellationem declarat desertam, et acta in archivo poni iubet.

XLVIII. VITERBIEN. – *Nullitatis matrimonii, ob impotentiam viri,* coram R. P. D. Guillelmo Heard.

Cum per annum nullus actus processualis positus sit, R. P. D. Ponens, decreto diei 4 Iulii, appellationem declarat desertam, et acta in archivo poni iubet.

XIL. SAVONEN. – *Nullitatis matrimonii, ob conditionem appositam,* coram R. P. D. Guillelmo Heard.

Cum nullus actus processualis per annum positus sit, R. P. D. Ponens, decreto diei 4 Iulii, appellationem declarat desertam, et acta in archivo poni mandat.

L. CALVEN. – *Incidentis,* coram R. P. D. Guillelmo Heard.

Cum nullus actus processualis per annum positus sit, R. P. D. Ponens, decreto diei 4 Iulii, appellationem declarat desertam, et acta in archivo poni iubet.

LI. NEAPOLITANA – *Nullitatis matrimonii, ob vim vel metum,* coram R. P. D. Henrico Caiazzo.

Cum per annum et ultra nullus actus processualis positus fuerit, R. P. D. Ponens, decreto diei 26 Iuiii, declarat instantiam peremptam esse, et mandat acta causae reponi in tabulario.

LII. SIRACUSANA – *Nullitatis matrimonii, ob vim vel metum,* coram R. P. D. Henrico Caiazzo.

Cum per annum et ultra nullus actus processualis positus fuerit, R. P. D. Ponens, decreto diei 27 Iulii, instantiam declarat peremptam, atque mandat acta causae reponi in tabulario.

LIII. IANUEN. – *Nullitatis matrimonii, ob amentiam mulieris et ob vim vel metum,* coram R. P. D. Caesare Pecorari.

Cum nullus actus processualis intra tempus a iure statutum positus fuerit, R. P. D. Ponens, decreto diei 28 Septembris, instantiam declaravit peremptam, actaque in archivo poni iussit.

LIV. TERGESTINA – *Nullitatis contractus,* coram R. P. D. Alberto Canestri.

Cum conventus supremum obierit diem, R. P. D. Ponens, decreto diei 8 Octobris, causam exstinctam declarat, et iubet acta in archivo reponi.

LV. VALENTINA – *Nullitatis matrimonii, ob exclusum bonum prolis,* coram R. P. D. Arcturo Wynen.

Cum actrix prosecutioni appellationis renuntiaverit, R. P. D. Ponens, decreto diei 26 Octobris, appellationem declarat desertam, ideoque acta causae in archivo reponi iubet.

LVI. ZAGRABIEN. – *Separationis, coram* R. P. D. Guillelmo Heard.

Attenta renuntiatione partis appellantis, R. P. D. Ponens, decreto diei 9 Novembris, instantiam declarat esse finitam, et sententiam secundae instantiae in rem iudicatam transiisse.

LVII. PLATIEN. – *Nullitatis matrimonii, ob vim vel metum,* coram R. P. D. Henrico Caiazzo.

Cum nullus actus processualis positus fuerit intra tempus a iure statutum, R. P. D. Ponens, decreto diei 9 Novembris, instantiam peremptam esse declarat, et mandat causae acta reponi in tabulario.

LVIII. ALGERIEN. – *Nullitatis matrimonii, ob vim vel metum,* coram R. P. D. Henrico Caiazzo.

Cum per biennium et ultra nullus actus processualis positus fuerit, R. P. D. Ponens, decreto diei 22 Novembris, declarat causam peremptam esse, et mandat causae acta reponi in tabulario.

LIX. VARSAVIEN. – *Separationis,* coram R. P. D. Henrico Caiazzo.

Attenta responsione Curiae, R. P. D. Ponens, decreto diei 23 Novembris, declarat retinendum esse coniuges causae renuntiasse, atque mandat acta reponi in tabulario.

LX. GRANATENSIS – *Separationis,* coram R. P. D. Henrico Caiazzo.

Elapso tempore a iure statuto, R. P. D. Ponens, decreto diei 9 Decembris, decernit sententiam primae instantiae in exsecutionem demandari, atque mandat acta causae in tabulario reponi.

LXI. COLOCEN. – *Nullitatis matrimonii,* coram R. P. D. Ioanne Teodori.

Cum supra appellatis sententiis Sanctissimus Dominus benigne sanationem concesserit, R. P. D. Ponens, decreto diei 16 Decembris, acta causae in archivo reponi iubet.

LXII. VARSAVIEN. – *Iurium,* coram R. P. D. Ioanne Teodori.

Cum pars conventa diem supremum obierit, R. P. D. Ponens, decreto diei 16 Decembris, acta causae in archivo reponi iubet.

LXIII. MEDIOLANEN. – *Nullitatis matrimonii, ob impotentiam viri,* coram R. P. D. Guillelmo Heard.

Cum nullus actus processualis per annum positus sit, R. P. Ponens, decreto diei 19 Decembris, appellationem declarat desertam, et acta in archivo poni iubet.

LXIV. IANUEN. *Nullitatis matrimonii, ob exclusum bonum prolis,* coram R. P. D. Guillelmo Heard.

Cum per annum et amplius nullus actus processualis positus fuerit, R. P. D. Ponens, decreto diei 19 Decembris, appellationem declarat desertam, et acta in archivo poni iubet.

LXV. VARSAVIEN. – *Nullitatis matrimonii, ob vim vel metum,* coram R. P. D. Alberto Canestri.

Cum intra tempus a iure statutum nullus actus processualis positus fuerit, R. P. D. Ponens, decreto diei 19 decembris, causam declarat desertam, et acta in archivo reponi iubet.

LXVI. VARSAVIEN. – *Nullitatis matrimonii, ob impedimentum clandestinitatis,* coram R. P. D. Alberto Canestri.

Cum nullus actus processualis intra tempus a iure statutum positus fuerit, R. P. D. Ponens, decreto diei 19 Decembris, causam declarat desertam, et acta in archivo poni iubet.

LXVII. VARSAVIEN. – *Nullitatis matrimonii, ob exclusum bonum prolis,* coram R. P. D. Alberto Canestri.

Cum intra tempus a iure statutum nullus actus processualis positus fuerit, R. P. D. Ponens, decreto diei 19 Decembris, causam declarat esse finitam, et acta in archivo reponi iubet.

DIARIUM ROMANAE CURIAE

Mercoledì, 23 aprile 1947, il Santo Padre ha ricevuto in solenne Udienza Sua Eccellenza il Signor Prof. ALFREDO CARBONELL-DEBALI, Inviato Straordinario e Ministro Plenipotenziario della Repubblica dell'Uruguay, per la presentazione delle Lettere Credenziali.

SACRA CONGREGAZIONE DEI RITI

Martedì, 25 marzo 1947, nel Palazzo Apostolico Vaticano, alla augusta presenza del Santo Padre, si è adunata la S. Congregazione dei Riti *generale*, nella quale gli Emi e Revmi Signori Cardinali, i Revmi Prelati Officiali ed i Revmi Consultori teologi hanno dato il loro voto sul *Tuto* alla Beatificazione del Ven. Servo di Dio Fratel Benildo, dell'Istituto dei Fratelli delle Scuole Cristiane, e sulla eroicità delle virtù del Servo di Dio Lodovico Pavoni, sacerdote, fondatore della Congregazione dei Figli di Maria Immacolata.

Martedì, 22 aprile 1947, nel Palazzo Apostolico Vaticano, si è adunata la S. Congregazione dei Riti *preparatoria*, nella quale gli Emi e Revmi Signori Cardinali, i Revmi Prelati Officiali ed i Revmi Consultori teologi hanno discusso sulla eroicità delle virtù del Servo di Dio Raffaele Chylinski, sacerdote professo dell'Ordine dei Frati Minori Conventuali.

Martedì, 29 aprile 1947, nel Palazzo delle Congregazioni a San Callisto, alla presenza dell'Emo Signor Cardinale Alessandro Verde, Ponente o Relatore della Causa della Serva di Dio Suor Maria Bertilla Boscardin, dell'Istituto delle Suore di S. Dorotea, Figlie dei Sacri Cuori, si è adunata la S. Congregazione dei Riti *antepreparatoria*, nella quale i Revmi Prelati Officiali ed i Revmi Consultori teologi hanno discusso sulla eroicità delle virtù della stessa Serva di Dio.

Martedì, 13 maggio 1947, nel Palazzo Apostolico Vaticano, alla augusta presenza del Santo Padre, si è adunata la S. Congregazione dei Riti *generale*, nella quale gli Emi e Revmi Signori Cardinali, i Revmi Prelati Officiali ed i Revmi Consultori teologi, hanno dato il loro voto sulla eroicità delle virtù del Servo di Dio Leonardo Murialdo, sacerdote, fondatore della Pia Società di S. Giuseppe.

An. et vol. XXXIX 2 Iunii 1947 (Ser. II, v. XIV) – N. 7

ACTA APOSTOLICAE SEDIS

COMMENTARIUM OFFICIALE

ACTA PII PP. XII

IN SOLLEMNI CANONIZATIONE

BEATI NICOLAI DE FLÜE, CONFESSORIS, IN BASILICA VATICANA DIE XV MENSIS MAII A. MDCCCCXXXXVII PERACTA.

Antequam Summus Pontifex decretoriam ederet sententiam, qua Beatus Nicolaus de Flüe sanctitatis honoribus decoratus fuit, Revmus D. Antonius Bacci, ab Epistulis ad Principes, Sanctitatis Suae nomine, haec verba fecit:

Ut vestris, ita bonorum omnium votis concedere percupit Augustus Pontifex, Helvetiorum praesertim, qui Nicolaum de Flüe patrem Patriae suaeque Civitatis pacificatorem iure meritoque venerantur, eiusque gloriam adaugere excupiunt quam maxime.

Fausto igitur hoc horae momento, quo excelsam eius sanctitudinem Pontifex Maximus sollemni ritu consecraturus est, omnium erigantur mentes, excitetur fides, incendatur caritas; omnesque supernae huius lucis splendore collustrati addiscant, ex Deo solummodo posse, tum singulis hominibus, tum Civitatibus ac Nationibus sinceram atque inconcussam oriri pacem.

Tum Ssmus Dominus Noster, omnibus aperto capite surgentibus, Ipse sedens in Cathedra mitramque gestans, de plenitudine Apostolici ministerii solemniter sic pronunciavit:

Ad honorem Sanctae et Individuae Trinitatis, ad exaltationem Fidei Catholicae et Christianae Religionis augmentum,

auctoritate Domini Nostri Iesu Christi, Beatorum Apostolorum Petri et Pauli ac Nostra; matura deliberatione praehabita et divina ope saepius implorata, ac de Venerabilium Fratrum Nostrorum Sanctae Romanae Ecclesiae Cardinalium, Patriarcharum, Archiepiscoporum et Episcoporum in Urbe existentium consilio; Beatum Nicolaum de Flüe Sanctum esse decernimus et definimus ac Sanctorum Catalogo adscribimus, statuentes ab Ecclesia Universali illius memoriam quolibet anno die eius natali, nempe vicesima prima martii, inter sanctos Confessores non Pontifices pia devotione recoli debere. In nomine Pa✠tris, et Fi✠lii, et Spiritus ✠ Sancti. Amen.

HOMILIA SANCTISSIMI DOMINI NOSTRI

VENERABILES FRATRES, DILECTI FILII,

Hodie Christus, ex triumphata morte victor escendens, penetravit caelos, viam nobis suo exemplo pandens, qua gradientes aeternam possimus omnes beatitatem assequi. Hoc iter, ut nostis, antequam supernae lucis fulgorem attingat, laboriosum, arduum et asperum est; at si praemium consideramus, quod nobis, excelsam adeptis metam, aliquando tribuetur, si Redemptorem nostrum venerabundi suspicimus, unaque cum eo innumeram eius sectatorum cohortem, qui nos ex terrestri hoc exsilio ad patriam praecessere caelestem, tum facilior procul dubio ac vel laetus nobis videtur ascensus, atque divinae illius sententiae experimur veritatem: « Iugum ... meum suave est, et onus meum leve ».[1]

Hanc in sanctorum caelitum cohortem adscitus est Nicolaus de Flüe, cuius qui multiplices ac varias virtutum laudes existimet, qui altissimum praesertim asceseos verticem respiciat, ad quem angelicam potius quam humanam vitam agens per postremum aetatis suae cursum pervenit, facere non potest quin summa commoveatur admiratione.

[1] MATTH. XI, 30.

Civis integerrimus gentem suam patria caritate adamavit; magistratus navus ac prudens agendarum rerum dexteritate praeclare enituit; ac militari munere fungens, Nationis suae libertati unitatique prospexit, non tamen odio, non simultati, sed gravissimi sui officii conscientiae sereno animo obtemperans.

Casti connubii sanctitatem coluit; ac pater frequentissimae subolis Deo donante constitutus, prolem ad pietatem, ad sollertem laborem, itemque ad domestica, civica, religiosa officia diligentissime obeunda non tam auctoritate, quam exemplo suo excitavit.

Cum tamen, superno quodam instinctu atque afflatu ad maiora vocaretur, illico, ut grandi ac prompto animo erat, paternam domum, dilectam coniugem, filios sibi carissimos, omnia denique dereliquit; ac rudi indutus sagulo, peregrinantisque baculo dumtaxat armatus, omnibus vale dixit, ut divinae responderet hilarisque acquiesceret voluntati.

Tum in solitudinem secedens, terrena omnia generose posthabuit ac neglexit, ut Deo uni adhaereret; atque adeo angelus potius quam homo mirabundis omnibus videbatur. Commoditatum non modo sed necessitatum etiam immemor, quibus dum mortalem vitam traducimus, etsi renitentes obtemperare omnes cogimur, corpus suum voluntariis castigationibus ac cruciatibus ita domuit in servitutemque redegit, ita continuato ieiunio extenuavit, ut iam non animi pondus esset, sed quasi translucidum velamen divino amore consumptum, ac veluti exile alarum libramentum, quo facilius atque expeditius ad superna erigeretur. Per viginti fere annorum spatium anachoretam agens, precibus, caelestium rerum contemplatione flagrantique caritate vixit. Ita quidem ut grandem illam Apostoli gentium sententiam iure meritoque usurpare posset: « Vivo autem, iam non ego: vivit vero in me Christus ».[2]

Nihilo secius cum ex vicinia non pauci atque ex longinquis

[2] *Galat.* II, 20.

etiam terris ad eum vel singillatim, vel turmatim commearent illius sanctimoniae fama permoti, eos — quamvis gravate ferret a supernis abstrahi colloquiis a dilectaque solitudine — benigne tamen excipiebat, ac consiliis, suasionibus exemplisque suis salutariter recreabat. Quamobrem silvester eius recessus visus est quasi Helvetiae sacrarium, unde lux obscuratis mentibus radiabatur, atque excelsum erigebatur hortamentum ad pacem, ad concordiam ad christianamque virtutem.

Cum vero publica res apud suos perniciosissime periclitaretur, atque hinc inde Helvetiae gentes iam in eo essent ut in contrarias infensasque partes scinderentur, is unus fuit, qui, pacatis animis opportunisque tantae calamitati indicatis remediis, patriae suae unitatem miro quodam modo incolumem servavit. Quapropter Nicolaus de Flüe luculentissima luce inter eos renidet catholicae religionis heroës, qui non modo suae sempiternae saluti optime consulunt, non modo singulis civibus, qui ad eos confugerint, salutifera praebeunt consilia, sed universae etiam Nationi suae, si, in adversis rerum adiunctis, eorum incitamentis ac praeceptis ultro actuoseque responderit, summam utilitatem pariunt summumque praesidium.

Hodie autem, dum Nobis licet, Divino adspirante Numine, Nicolaum de Flüe sanctitatis fulgoribus decorare, fore confidimus ut in eum impensiore admiratione omnes intueantur, imprimisque dilectissimae Nobis Helvetiae cives, qui eum Patronum ac Praestitem venerantur. Ex qua quidem impensa admiratione ut salutares proficiscantur fructus paterno animo ominamur, a Deoque supplici rogamus prece; quandoquidem omnino oportet non modo Sanctorum Caelitum efferre ac praedicare laudes, sed eorum potissimum virtutes, prout peculiaribus uniuscuiusque vitae rationibus respondeant, in cotidianum usum quam latissime diligentissimeque deducere.

Ac faxit utinam Deus ut, quemadmodum sanctissimus ille anachoreta patriam suam, turbulentis motibus factionibusque perturbatam ac paene collabentem, pacare, erigere, ac confirmare potuit, sic universa gentium populorumque communitas

eius fulgentissimo exemplo incensaque deprecatione fraternam illam queat redintegrare concordiam ac solidare pacem, quae christianis dumtaxat principiis veluti tutissimo fundamento innititur.

Faxit Deus ut omnes cuiusvis ordinis cives ad eum venerabundi respiciant, ab eoque id sumant, ut ex terrenis nempe caducisque rebus, quibus saepius acriter implicantur ac praepediuntur, volenti generosoque animo quasi gradum faciant ad caelestia adipiscenda perpetuoque mansura. Amen.

LITTERAE APOSTOLICAE

I

VENERABILES DEI FAMULI GREGORIUS GRASSI, EP. ORTHOSIEN. IN PHOEN., VIC. AP. DE SCIAN-SI SEPT., MODO DE TAI-YÜAN-FU, FRANCISCUS FOGOLLA, EP. BAGEN., EIUS COADIUTOR, ANTONINUS FANTOSATI, EP. ADRAEN., VIC. AP. HUNANEN. MERID., MODO DE HENGKOW, EX ORDINE FRATRUM MINORUM, ET XXVI SOCII, MARTYRES, BEATI RENUNTIANTUR.

PIUS PP. XII

Ad perpetuam rei memoriam. — Illud per saecula divinum mandatum sollemniter fructuoseque resonavit bonasque excitavit fidelium voluntates, quod imperat: « *Euntes in mundum universum, praedicate Evangelium omni creaturae* » (Mc., XVI, 15): ab ipso etenim Apostoli, ab ipso Martyres et Confessores, ab ipso procedunt Missionarii, quorum in animis lux spiritualis, ardens flamma, internus voluntatis stimulus, tota denique vita factum est. Exeunte autem saeculo decimo secundo proximoque ineunte, divina Vox audita ac recepta fuit in corde humilis viri, qui, paulo ante penitus Deo mancipatus, Magni Regis Christi Domini praeco exstitit, seraphicus nempe Patriarcha Franciscus Assisiensis. Qui, supernaturali ardore incensus, Evangelii lumen humanitatemque non tantum Europaeis sed etiam barbaris ac dissitis gentibus afferre sui ipsius exemplo atque in suos discipulos incitamento fortiter constanterque voluit. Martyrium insuper impense desideravit, immo quaesivit, adeo ut in Terram a Christo Domino sanctificatam, ad solium usque macometanorum Principis, se conferre non dubitaverit. Tanti Patris sanctissima vestigia prementes, eius asseclae in Terram Sanctam se conferunt, ad custodiendum Iesu Christi sepulchrum, ita ut ab ipsis illud franciscale Opus mis-

sionarium incepisse dici possit, quod etiam nunc iure meritoque magnis laudibus extollitur. Nec in eadem tantummodo beata regione Sanguine Christi irrorata contineri potuit vehemens Franciscalium fratrum missionarius fervor, sed et in Africam et ad regiones Asiae remotissimas eos compulit; quos inter eminet celeberrimus ille Italus, Ioannes a Monte Corvino, qui, saeculo decimo quarto ineunte, in Sinensem dicionem primus ausus est penetrare, christianam veritatem illuc afferre, atque apud Imperatorem illius quod « *Caeleste Imperium* » vocant sic se optime gessit, ut ecclesiasticam hierarchiam in Sina constituerit et ipse Pechinensis Archiepiscopus primus designatus fuerit. Illud bonum semen nunquam amissum fuit. Iamvero, anno millesimo nongentesimo, a Decessore Nostro Leone Pp. XIII, felicis recordationis, Sacratissimo Iesu Cordi consecrato, immanis in universa fere Sina contra christianos, tum europaeos, tum indigenas, insectatio exarsit. A primo Sancti Stephani Protomartyris sanguine effuso, permultae in fulgentissima Catholicae Ecclesiae historia exstant insectationes, quarum prima, eademque atrocissima, Neronis Imperatoris Romani fuit; attamen sinensis illa caedes inter saevissimas censenda est. Hic Imperatoris mater, Tse-Hsi, eiusque asseclae et satellites, deterrimorum recentioris temporis rituum et morum assertores et participes, rem publicam ad pristinum veternum, ad probrum et dedecus reducere conati sunt. Enimvero Tse-Hsi Imperatrix, utpote versuta et callida, scelerosorum hominum perditorumque turbae vim exquisivit. Vetus coniuratio occultioribus arcanis delitescebat, magicis artibus et superstitionibus addicta, quae, pluries praeteritis saeculis detecta et eversa, semper constanterque reviviscebat. Nomen coniuratores « *a pugnis constrictis* » acceperunt, « *Boxers* » ab Anglis appellati, quo nomine in nostris monumentis annalibusque passim commemorantur. Quibus coniuratoribus Imperatrix et, prae omnibus asseclis, Yü-Sien, eius Prorex in Scian-Si, omnino innixi sunt, quam maxima atrocitate contenti. Quo insuper securior fieret effectus ac maius pleniusque christianorum excidium esset, apud illum populum paganum duo praecipue sensus animi motusque excitati fuerunt, primitiva nempe erga praeteritorum spiritus pietas, atque patriae amor, tamquam si christiani avitam religionem patriaeque libertatem oppugnarent. Sacrorum enim missionariorum proposita et incepta coniuratores devertebant et detrectabant, eosque negotiorum cupidos molitores vel omnium scelerum machinatores in Sinensis Imperii perniciem denunciabant, seseque patriae morum et receptae doctrinae disciplinarum cultores et refectores profitebantur. Proinde dubium impense agitatum est: utrum inimici Imperatoris, « *nationalistico* », ut aiunt, spiritu carentes, an potius in

odium Fidei, Christiani et praesertim catholici, interempti fuerint. Magis magisque in dies de vero agi martyrio evidens tandem apparuit: subtilium insinuationum et cavillationum caligo apud Sacrorum Rituum Congregationem ad lucem inquisitionum et processuum prorsus evanuit. Nam, sive ex sinensium procerum, sive ex fidelium parte, semper et praecipue quaestio fuit de Fide Christiana: adversus indigenas, ut ad pristinam et « *nationalem* » religionem redirent; contra europaeos, vero, ne « *ethnicam* » fidem inter sinenses praedicarent. Utrique potius pro Christo mori quam foedari constanter animoseque maluerunt. Episcopi nostri, missionarii, sorores, sinenses clerici et famuli non scelesti fuerunt, neque, ad Imperium sinense dilacerandum, exterarum nationum insatiabili cupiditati vel imperatoriae aviditati obvenerant. Tunc primum uno holocausto unoque altari victimae iugulatae vel mactatae fuere; tunc quoque templa, scholae, sacra ephebea, nosocomia, orphanotrophia exarsere. Gentes, colore, lingua, moribus inter se dissimiles, ad martyrii sacrificia iamdiu properabant; tunc insimul et coniunctim europaei et sinenses catholici, Christi fidei tenaces, ad mortem incesserunt. In catholicos vero vehementiore ira furentioreque odio coniuratores invecti sunt, ita ut mille et mille coronati martyres nostri caelicolae evaserint. Fuit autem re vera ingens illa caedes: in universa enim Sinensi dicione, eodem anno millesimo nongentesimo, centum circiter Martyrum millia computantur. De ingenti victimarum numero, Fratrum Minorum Ordo prius apud Vicarios Apostolicos, ut ordinaria auctoritate inquisitiones fierent, dein apud Apostolicam Sedem, ut Causa declarationis martyrii introduceretur, feliciter institit. Commissio enim Introductionis Causae a Decessore Nostro Pio Pp. XI, felicis recordationis, die decima mensis Decembris anno millesimo nongentesimo vigesimo sexto pro bismille quadringentis octodecim fuit signata, deinde Apostolicus processus rite est adornatus. At, pro expeditiori causae cursu, viginti novem tantum ex his selecti sunt, quorum quindecim Europaei, quatuordecim Sinenses, nempe: in Vicariatu Apostolico de Scian-Si Septemtrionali, modo de Tay-yüanfu: I. Gregorius Grassi, O. F. M., natione Italus, in oppido « *Castellazzo Bormida* » dioecesis Alexandrinae Statiellorum ortus, Episcopus titularis Orthosiensis in Phoenicia et Vicarius Apostolicus. Pietate ac morum suavitate enitens « *exsultavit ut gigas ad currendam perfectionis viam* ». Ad martyrium promptissimus, fideles adhortabatur eorumque animos hisce erigebat verbis: « *Sive reducamur ad regna nostra, sive occidamur, fiat voluntas Dei... Si occisi erimus, nihil refert; tantummodo vos, Christiani, manete constantes in Fide: nos non timemus mortem pro Dei gloria* ». Cumque rogatus

fuisset ut fugam capesseret, respondit: « *Ego ab anno duodecimo aetatis meae iam votum feci pro martyrio: nunc habeo sexaginta octo annos: quomodo nunc omittere occasionem et fugere possum?* ». — II. Franciscus Fogolla, O. F. M., Episcopus titularis Bagenus, Coadiutor Episcopi Grassi, Italus et ipse, in oppido « *Montereggio* » dioecesis Apuanae natus, operosus ac pius et vere Sacerdos secundum Dei Cor, simulque Missionarius. Apostolorum Dei vestigiis religiose insistens, dignus apprime fuit qui vitam, singularibus ornatam virtutibus, gloriosa concluderet martyrum palma. Persecutione exorta, in ore frequenter haec habebat: « *Nunc Ecclesia Dei oppugnata est: oportet mori pro Christo, fiat voluntas Dei... Si volunt nos martyres, erimus martyres* ». — III. Elias Facchini, Sacerdos O. F. M., Provinciae Bononiensis, e « *Reno Centese* », vitae religiosae observantissimus. Rigidus erga semetipsum, erga alios misericors, omnibus praestabat virtutibus: vitam illibatam martyrio meruit concludere. — IV. Theodoricus Balat, Sacerdos O. F. M., Provinciae Aquitan. in Gallia, e « *Saint-Martin-de-Tours* », dioecesis Albiensis, virtutibus in exemplum praeditus, animarum boni studiosissimus, indefessus propagator Tertii Ordinis Franciscalis. Pridie quam occideretur, cuidam Catechistae dixit: « *Si occidunt nos, erimus martyres: fiat voluntas Dei* ». Et, dum in carcere erat, scripsit: « *Hoc vespere sumus inclusi in carcere, unde speramus fore ut citius pro Deo subeamus mortem* ». — V. Andreas Bauer, e « *Guebwiller* » in Alsatia, dioecesis Argentoratensis, laicus professus O. F. M. Provinciae Parisiensis S. Petri. Hilari et simplici animo, simul ac suis vacabat curis, nullam interponebat moram instanter orandi Deumque invocandi ut sibi concedere dignaretur se sanctum fieri et quidem magnum sanctum. Cupiditate martyrum vestigia premendi incensus, insectatione saeviente, una cum Episcopis interritus fuit et laeto animo ad mortem usque perrexit, haec psalmi verba canendo: « *Laudate Dominum, omnes gentes* ». Pariter animo laetanti hymnumque canentes ambrosianum, ad supplicium accesserunt septem quoque Sorores professae ex Instituto Franciscalium Missionariarum Mariae, a Serva Dei Maria a Passione paulo ante fundato; eaedemque ab Episcopo Fogolla ad Sinsensem Missionem perductae. Saeviente insectatione, cum iam incendia et caedes et furor « *Boxerum* » ingruebant, licet ab Episcopis instanter rogatae, fugam capessere noluerunt, eidem praeoptantes stolas suas in sanguine Agni lavare et, victoriae palmam ferentes, ad caelestia regna pervenire. Hae sunt: VI: Maria Ermellina, in saeculo Maria Irma Grivot, e « *Beaune* », dioecesis Divionensis, in Gallia, Superiorissa. — VII. Maria a Pace, in saeculo Maria Anna Giuliani, de « *Bolsena* », dioecesis Urbevetanae, Soror verae

pacis amans. — VIII. Maria Clara, in saeculo Clelia Nanetti, e « *Ponte S. Maria Maddalena* », dioecesis Adriensis. — IX. Maria a Sancta Natalia, in saeculo Ioanna Maria Kerguin, e « *Belle-Isle-en-Terre* », dioecesis Briocensis. — X. Maria a S. Iusto, in saeculo Anna Moreau, e « *Rouans* », dioecesis Nannetensis. — XI. Maria Amandina, in saeculo Paula Jeuris, e « *Herk-la-Ville* », dioecesis Leodiensis. — XII. Maria Adolphina, in saeculo Anna Dierk, e « *Ossendrecht* », dioecesis Bredanae. Cum Episcopis et Missionariis maluerunt pro Christo, libentes et ovantes, mori Sinenses quoque Seminarii alumni et Missionis famuli, videlicet: XIII. Ioannes Tciang, e Tertio Ordine S. Francisci, minorista, e « *Tae-kuo* », qui studiorum curriculum usque ad secundum Theologiae annum complevit, optime a P. Elia institutus, in ipso aetatis flore interfectus. — XIV. Patritius Tun, de « *Ku-tcen-in* », e Tertio Ordine S. Francisci, clericus, qui in Europam comitem se Episcopo Fogolla adiunxit optimique iuvenis famam ob suam pietatem ubique reliquit. — XV. Ioannes Van, e Tertio Ordine S. Francisci, de « *Sin-li-tsun* », Seminarii alumnus, diligentia, devotione amabilitateque praeclarus, qui in Europam cum Patritio venit: occisus sextum decimum agens annum. — XVI. Philippus Tciang, e Tertio Ordine S. Francisci, de pago « *San-Kin-iu* », Seminarii alumnus, in studiis assiduus diligensque, ad misericordiam pronus. — XVII. Ioannes Tciang, e Tertio Ordine S. Francisci, de « *Nan-sce* », Seminarii alumnus, suis magistris dilectissimus. — XVIII. Thomas Sen, e Tertio Ordine S. Francisci, de « *Lu-ngan-fu* », famulus fidelis Episcopi Grassi, quem in carcerem secutus est, quocum ipse gloriam meruit. — XIX. Simon Tceng, e Tertio Ordine S. Francisci, de « *Ngan-ian-tsun* », generosa atque christiana a stirpe profectus, sancte pieque educatus. Seminarium ingressus, infirmam ob valetudinem, invitus, domum revenit. Nuptiis spretis, viginti per annos fidelis famulus fuit Episcopi Fogolla, quocum ad supplicium tractus est. — XX. Petrus U-Ngan-Pan, e Tertio Ordine S. Francisci, de « *Liu-lin-tsuen* », qui, a nuptiis alienus, verecundam eisdem praetulit vitam atque famulatum Missionariis dicavit, quibuscum ad martyrii palmam pervenit. — XXI. Franciscus Tciang-Iün, e Tertio Ordine S. Francisci, de « *Ki-tze-san* », agricola, qui uxorem duxerat, sed postea « Residentiam » episcopalem petiit ac, propter humanitatis ac benignitatis suae sensus, Orphanotrophii partes ianitoris implevit. — XXII. Matthias Fun-Te, e Tertio Ordine S. Francisci, de « *Shochow* », neophytus, qui ab Episcopo Grassi confirmatus fuit: Episcopalis « Residentiae » noctu tuendae officio tres per annos diligenter functus, cum aliis pro Christo martyrium subiit. — XXIII. Iacobus-Ien-Kutun, de « *Si-kien-ho* », optimus vir, apertus et sim-

plex, Episcopalis « Residentiae » famulus, qui libenter pro Domino sanguinem cum Episcopis effudit. — XXIV. Petrus Tchang-Pan-Nieu, e Tertio Ordine S. Francisci, de « *Tu-lin-za* », recti exempli vir, qui, insectatione exorta, quamvis aliqui e « Residentia » Episcopali excesserint, forti animo illic mansit, maluitque in carcere Episcopis famulari et cum illis interfici. — XXV. Iacobus Tciao-Tciuen-Sin, de « *Iao-tsun* », bonus probusque vir, qui vitam coluit inopem, sed navam honestamque. Cum insectatio oborta esset, et Episcopi Grassi vita periclitaretur, ille, vehementer commotus, matri suae dixit: « *Ex hac die volo semper esse cum Episcopis et illis inservire* ». Cotidie igitur in carcerem se conferebat, Episcopis a mane usque ad vesperam praesto erat; sero domum redibat, donec tandem, ultima appetente vitae suae nocte, idest octava mensis Iulii anno millesimo nongentesimo, genetricem conveniens: « *Cras* » inquit « *non redibo domum* ». Totam noctem in oratione impendit et sub insequentis diei lucem, mutua salutatione facta, haec ultima matri suae dixit verba: « *Nunc vadam ad invisendos Episcopos: si hodie occidentur et ego occidar cum illis: si occidar cum episcopis, ero martyr et tunc providentia numquam deerit vobis: cras forsan tu non videbis me* ». Ita evenit, quia eo ipso die cum aliis interfectus est. — XXVI. Petrus Van-Ol-Man, de pago « *Ku-tceng-in* », famulus in « Residentia » Episcopali, qui, cum aliis, anno aetatis suae trigesimo, mortem quam laeto animo aspexerat, pro Deo occubuit. Hi omnes die nona mensis Iulii anno millesimo nongentesimo in oppido « *Tai-yüan-fu* » gladiis aliisque armis tumultuarie in atrio Tribunalis Pro-Regis Yu-Sien occisi sunt. In Apostolico autem Vicariatu Hunanensi meridionali, diebus quarta et septima mensis Iulii eiusdem anni, summo perierunt cruciatu, eadem saeviente insectatione: XXVII. Antoninus Fantosati, O. F. M., Assisiensis Provinciae, in saeculo Antonius, e « *Trevi* » in archidioecesi Spoletana, Episcopus titularis Adraenus, Vicarius Apostolicus. Sacerdos factus et ad Sinas missus, triginta tres per annos assiduo studio in Dominico Agro excolendo uberrimos collegit fructus ac sollerter munere Vicarii Apostolici functus est, donec, insectatione subito exorta, in Episcopalem Sedem, a qua, propter pastoralem visitationem, procul disiunctus erat, reditum expertus est periclitanti Missioni opem laturus, sicut Pastor bonus qui pro animarum salute usque ad effusionem sanguinis pervenit; at, in itinere comprehensus, crudelissimos nefandosque pertulit cruciatus, adeo ut, leni voce preces semper faciens, extremum vitae spiritum pie ediderit die septima mensis Iulii, prope civitatem « *Hengchow* ». — XXVIII. Ioseph Maria Gambaro, Sac. O. F. M. Provinciae Pedemontanae, e « *Galliate* » in dioecesi Novariensi. Virtute praeditus, quatuor per annos

hilari et volenti animo pastorale in Sina munus impenso studio obivit: una cum Episcopo Fantosati omni cruciatu laceratus, oculisque privatus, ad Dominum sancte ascendit. Ultima sua verba Sinica lingua haec fuerunt: « *Iesu, miserere et salva nos* ». — XXIX. CAESIDIUS GIACOMANTONIO, Sacerdos O. F. M. Provinciae Aprutiorum, e « *Fossa* », Aquilanae Archidioeceseos, qui in civitate « *Wan-sha-wan* », ubi « Residentia » Episcopalis exstabat, die quarta mensis Iulii, vicesimo septimo aetatis suae anno martyrium sustinuit. Dum carnifices irruebant, Cruce arrepta, eam complexus est ac, periculum contemnens, ad Eucharisticas species sumendas, ne profanarentur, properavit. At, captus, a satellitum turba lapidibus obruitur, linteo involvitur petroleo circumfuso, et, semivivus, comburitur. Vir invictus, omnia forti animo perferens, sic moriens locutus est: « *In manus tuas, Domine Iesu, suscipe spiritum meum et ne statuas illis hoc peccatum* ». De horum martyrio martyriique causa nec non de signis seu miraculis penes Sacrorum Rituum Congregationem proposita est quaestio. Post duas autem Congregationes, Antepraeparatoriam nempe et Praeparatoriam, alia Generalis Congregatio coram Nobis die vicesima quarta mensis Novembris anno millesimo nongentesimo quadragesimo secundo habita est; cumque profecto constiterit viginti novem Famulorum Dei internecionem in odium Catholicae Fidei apprime evenisse, Nos sollemni Decreto die tertia mensis Ianuarii anno millesimo nongentesimo quadragesimo tertio de eorundem martyrio martyriique causa ita evidenter constare declaravimus ut, concessa a signis seu miraculis omnique alia opportuna et necessaria dispensatione, ad ulteriora procedi posset. Illud discutiendum supererat, nimirum an, stante approbatione martyrii martyriique causae nec non dispensatione a signis seu a miraculis, *tuto* procedi posset ad sollemnem ipsorum viginti novem Dei Servorum Beatificationem. Hoc dubium propositum est a Venerabili Fratre Nostro Ianuario Sanctae Romanae Ecclesiae Cardinali Granito Pignatelli di Belmonte, Episcopo Ostiensi et Albanensi, Causae Ponente seu Relatore, in Generali Congregatione coram Nobis habita die vicesima tertia mensis Februarii anno millesimo nongentesimo quadragesimo tertio; omnesque qui aderant, tum Cardinales tum Officiales Praelati, Patresque Consultores unanimi consensu affirmative responderunt. Nos tamen in tanti momenti re Nostram aperire mentem distulimus, ut a Patre luminum caeleste auxilium impetraremus. Quod cum impensis precibus fecissemus, tandem die vicesima mensis Iunii, in festo Sanctissimae Trinitatis, anno millesimo nongentesimo quadragesimo tertio, Eucharistico Sacro rite litato, accitis adstantibusque Venerabilibus Fratribus Nostris Carolo Sanctae Romanae Ecclesiae Cardinali

Salotti, Episcopo Praenestino, Sacrae Rituum Congregationis Praefecto, et Ianuario Sanctae Romanae Ecclesiae Cardinali Granito Pignatelli di Belmonte, Episcopo Ostiensi et Albanensi, Causae Ponente seu Relatore, nec non Venerabili Fratre Alfonso Carinci, Seleuciensi in Isauria titulari Archiepiscopo, ipsius Congregationis a Secretis, et Dilecto Filio Salvatore Natucci, Fidei Promotore Generali, sollemniter ediximus ad sollemnem viginti novem Venerabilium Servorum Dei, quos supra memoravimus, Beatificationem *tuto* procedi posse. Quae cum ita sint, Nos, precibus universae Fratrum Minorum Ordinis Religiosae Familiae atque Sororum Franciscalium Missionariarum a Maria, simulque Sacrorum Antistitum, cleri tam saecularis quam regularis, fideliumque Sinensis Nationis permoti, Apostolica Nostra Auctoritate, praesentium Litterarum vi perpetuumque in modum, facultatem facimus ut in posterum Venerabiles Servi Dei GREGORIUS GRASSI, Episcopus titularis Orthosiensis in Phoenicia, Vicarius Apostolicus de Scian-Si Septemtrionali (modo de Tai-yüanfu); FRANCISCUS FOGOLLA, Episcopus titularis Bagenus, eius Coadiutor; ANTONINUS FANTOSATI, Episcopus titularis Adraenus, Vicarius Apostolicus Hunanen. (modo de Hengchow) et alii viginti sex eorum Socii, quos memoravimus, BEATI in posterum nuncupentur, eorumque reliquiae, si exstent, non tamen in sollemnibus supplicationibus deferendae, publicae fidelium venerationi proponantur, atque eorundem Servorum Dei Imagines radiis decorentur. Praeterea, eadem Nostra auctoritate, concedimus ut de illis recitetur quotannis Officium de Communi plurimorum Martyrum cum Lectionibus propriis, et Missa pariter de eodem Communi cum orationibus propriis celebretur, per Nos approbatis, iuxta Rubricas Missalis et Breviarii Romani. Eiusmodi vero Officii recitationem et Missae celebrationem fieri dumtaxat largimur in dioecesibus in quibus iidem Servi Dei martyrium sustinuerunt atque in dioecesibus ubi unusquisque natus est et vixit, pariterque in omnibus templis ac sacellis, ubique terrarum sitis, coenobiis adiectis, quae ad Minorum Fratrum Ordinem nec non ad Sorores Franciscales Missionarias Mariae pertineant, ab omnibus fidelibus, qui horas canonicas recitare teneantur et, quod ad Missas attinet, ab omnibus presbyteris tam e saeculari quam e religioso clero ad templa sive sacella in quibus Beatorum eorundem festum celebretur convenientibus. Denique largimur ut sollemnia Beatificationis eorundem Famulorum Dei, servatis servandis, in praedictis dioecesibus ac templis sive oratoriis quae nominavimus, die per Ordinarios respective designando, celebrentur, intra annum postquam eadem sollemnia in Sacrosancta Patriarchali Basilica Vaticana rite peracta fuerint. Non obstantibus Constitutionibus et Ordi-

nationibus Apostolicis nec non Decretis de non cultu editis, ceterisque contrariis quibuslibet. Volumus autem ut harum Litterarum exemplis, etiam impressis, dummodo manu Secretarii Sacrae Rituum Congregationis subscripta sint atque eiusdem Congregationis sigillo munita, in disceptationibus etiam iudicialibus eadem prorsus fides adhibeatur, quae Nostrae voluntatis significationi, hisce ostensis Litteris, haberetur.

Datum Romae, apud Sanctum Petrum, sub anulo Piscatoris, die XXIV mensis Novembris, anno MCMXXXXVI, Pontificatus Nostri octavo.

De speciali Sanctissimi mandato
Pro Domino Cardinali a Secretis Status
DOMINICUS SPADA
a Brevibus Apostolicis.

II

BEATISSIMA VIRGO MARIA, GRATIARUM MATER, VULGO « MADONNINA DI CASTELLAZZO », IN ALEXANDRINA STATIELLORUM DIOECESI VENERATA, RAEDARIORUM BIROTAS IGNIFERO LATICE INCITAS MODERANTIUM PATRONA CAELESTIS PRAECIPUA PRO ITALIA DECLARATUR.

PIUS PP. XII

Ad perpetuam rei memoriam. — Flagrans erga Beatissimam Virginem Mariam, Dei hominumque Matrem, pietas, omnibus christifidelibus constanter impenseque colenda, digna sane est quae, ex ipso Apostolico Nostro munere, in fidelium animis a Nobis excitetur. Quod autem per Venerabilem Fratrem Petrum Iosephum Gagnor, ex Ordine Praedicatorum, Alexandrinum Statiellorum Episcopum, accepimus haud exiguam paterno animo Nostro laetitiam attulit. In oppido enim « Gasmonio », quod nunc « Castellazzo Bormida » vulgo appellatur, ubi natus est Gregorius Grassi, ex Ordine Fratrum Minorum, Orthosiensis in Phoenicia titularis Episcopus, atque in Sinensi dicione pro Christi Fide Martyrii palma decoratus, quem Nosmet ipsi inter Beatos Caelites nuperrime adnumeravimus, celebre exstat Templum, Deo in honorem Beatae Mariae Virginis dicatum. Innumerabiles eo conveniunt devotae plebes, quae Mariam Virginem « a Gratia et a Creta » familiariter prope atque amice « La Madonnina di Castellazzo » italice nuncupant. Hisce vero nostris temporibus novum quoddam cultorum genus, ut ita dicamus, eandem Deiparae Effigiem venerari coepit, raedariorum nempe Coetus, birotas ignifero latice incitas moderantium, qui « motociclisti » italica lingua appellantur. Enimvero quotannis ex multis Italiae regionibus, immo ex Helvetia atque e Gallia quam plurimi Gasmonium conveniunt huiusmodi

raedarii, patrocinium ipsius Virginis Mariae enixe imploraturi. Nec ipsorum pietas decursu temporis imminui videtur, quin etiam, infensissimo bello nuper composito, magis magisque ostenditur. Solent ipsi, die praesertim Gratiarum Matris festo, cum suis autobirotis ante sacram Imaginem sistere, ac dein transgredi, dum Sacerdos aliquis, vel etiam Episcopus, sollemniter benedictionem impertitur; qua laeto hilarique animo recepta, festinanter abscedunt atque, magno strepitu ac fragore antiquissimas Romanorum vias percurrentes, celerrimi praeterlabuntur. Iterum ac saepius praedicti raedarii, Fidem in Deo ardentem fervidamque pietatem in Mariam Virginem ostendentes, Cuius quoque Effigiem super suis birotis ad faustum omen palam deferunt, a Rectore-Parocho eiusdem Sanctuarii, immo ab Episcopo ipso, petierunt ut Deipara a « Castellazzo Bormida », in Pedemontana regione, praecipua ac primaria raedariorum autobirotas moderantium Patrona Caelestis, pro tota Italia, a Nobis renuntiaretur. Cum autem supra memoratus Alexandrinus Statiellorum Episcopus huiusmodi vota ac preces enixe Nobis rettulerit atque commendaverit, tantam Fidem tantamque pietatem peculiari rependendam praemio censuimus. Propterea, Antistiti eidem perlibenter gratificantes, auditoque Venerabili Fratre Nostro Carolo Sanctae Romanae Ecclesiae Cardinali Salotti, Praenestino Episcopo atque Sacrae Rituum Congregationis Praefecto, certa scientia ac matura deliberatione Nostris deque Apostolicae Nostrae potestatis plenitudine, praesentium Litterarum tenore, perpetuumque in modum, Beatissimam Virginem Mariam Gratiarum Matrem, vulgo « Madonnina di Castellazzo », in Alexandrina Statiellorum dioecesi, *Patronam Caelestem praecipuam* pro Italia, raedariorum birotas ignifero latice incitas moderantium, declaramus atque constituimus, cum omnibus et singulis privilegiis liturgicis patronis praecipuis competentibus. Haec edicimus ac statuimus, decernentes has Litteras firmas, validas atque efficaces iugiter exstare ac permanere; suosque plenos atque integros effectus sortiri et obtinere, illisque ad quos pertinent, seu pertinere poterunt, plenissime suffragari; sicque rite iudicandum esse ac definiendum; irritumque ex nunc et inane fieri, si quidquam secus super his, a quovis, auctoritate qualibet, scienter sive ignoranter contigerit attentari. Contrariis non obstantibus quibuslibet.

Datum Romae, apud Sanctum Petrum, sub anulo Piscatoris, die XI mensis Februarii, anno MCMXXXXVII, Pontificatus Nostri octavo.

De speciali Sanctissimi mandato
Pro Domino Cardinali a Secretis Status
DOMINICUS SPADA
a Brevibus Apostolicis.

III

NUNTIATURA APOSTOLICA IN REPUBLICA LIBANENSI ERIGITUR

Ad christifidelium salutem ac profectum nec non ad Catholicam Fidem propagandam paterna caritate intenti, eoque permoti consilio, ut publicis rationibus, quae inter Apostolicam Sedem et Nationum Gubernia intercedunt, opportune consulamus, in Libanensi quoque Republica Apostolicam Nuntiaturam erigere statuimus, quum hoc ad communem fovendam et Ecclesiae et ipsius Reipublicae utilitatem profuturum confidamus. Rebus propterea omnibus sedulo perpensis, motu proprio, certa scientia ac matura deliberatione Nostris deque Apostolicae Nostrae potestatis plenitudine, harum Litterarum tenore, in Republica Libanensi Nuntiaturam Apostolicam erigimus, eius sede in civitate « Beirut » constituta, eidemque Nuntiaturae omnia et singula deferimus privilegia, honores atque indulta, quae huiusmodi Legationum propria sunt. Haec statuimus, decernentes has Litteras firmas, validas atque efficaces iugiter exstare ac permanere; ipsique Nuntiaturae per Nos in Libanensi Republica erectae nunc et in posterum plenissime suffragari; sicque rite iudicandum esse ac definiendum; irritumque ex nunc et inane fieri si quidquam, secus, super his, a quovis, auctoritate qualibet, scienter sive ignoranter attentari contigerit. Contrariis quibuslibet nihil obstantibus.

Datum Romae, apud Sanctum Petrum, sub anulo Piscatoris, die XXI mensis Martii, anno MCMXXXXVII, Pontificatus Nostri nono.

PIUS PP. XII

EPISTULA

AD EXCMOS PP. DD. ARCHIEPISCOPOS ATQUE EPISCOPOS REIPUBLICAE CECHOSLOVACHIAE: NONO AC DIMIDIO EXEUNTE SAECULO AB OBITU SANCTI ADALBERTI, EPISCOPI PRAGENSIS AC MARTYRIS.

PIUS PP. XII

Venerabiles Fratres, salutem et Apostolicam Benedictionem. — Nono ac dimidio a Sancti Adalberti obitu exeunte saeculo, commemorationem illius in omnibus Reipublicae istius dioecesibus per annum hunc vertentem sacris sollemnibus vos celebrandam decrevistis. Namque eximius sane vir primus de regione vestra sedem episcopalem Pragensem obtinuit,

vobisque exemplum constantis fidei catholicae integritatis atque indefessi laboris pro Christi regno amplificando exhibuit usque ad martyrium, quod in sacra sua in Borussiam expeditione gloriose complevit. Praeclara autem eiusdem memoria, non modo in Bohemia, in Moravia et in Slovachia, verum etiam apud Hungaros, Polonos ac Germanos pie passim recolitur. Peropportune vero indicta sollemnia istic peragentur, quum ipsum Sancti martyris corpus ab anno MXXXIX in cathedrali templo Pragensi tumulatum sit idemque Adalbertus inter Bohemiae patronos adnumeretur. Vos itaque, Venerabiles Fratres, non solum vitam et egregie gesta secundi istius Pragensis Episcopi in fidelium memoriam revocare exoptatis, sed etiam per crebriorem verbi Dei praedicationem, per sacras supplicationes piasque ad sepulcrum beati viri peregrinationes, in gregibus vestrae curae demandatis intimam morum renovationem promovere acriter studetis. Praeterea sacrum martyris caput, quod Pragae religiosissime asservatur, in pluribus deinceps reipublicae urbibus fidelium venerationi sollemniter exponetur. Quae quidem consilia proxime exsequenda Nos profecto et merita laude honestamus et fervidis votis ominibusque prosequimur. Pro certo enim habemus, sollemnia huiusmodi Adalbertiana populis vestris magno fore incitamento, ut iidem, praeclarum apostolici viri exemplum fortiter imitati eiusque apud Deum intercessione roborati, catholicam fidem a maioribus traditam strenue constanterque tueantur, intimamque inter ipsos cumque finitimis gentibus animorum industriaeque coniunctionem ad incrementum christiani humanique cultus atque prosperitatis fovere studiosissime valeant. Qua quidem iucundissima freti fiducia, in caelestium donorum auspicium inque peculiaris caritatis Nostrae testimonium, Apostolicam Benedictionem vobis singulis universis, Venerabiles Fratres, simulque cleris fidelibusque unicuique vestrum concreditis, nec non cunctis ex exteris nationibus advenis, qui sacram celebrationem istic participabunt, amantissime in Domino impertimus.

Datum Romae apud Sanctum Petrum, die XXI mensis Martii, anno MDCCCCXXXXVII, Pontificatus Nostri nono.

PIUS PP. XII

ACTA SS. CONGREGATIONUM

SACRA CONGREGATIO CONSISTORIALIS

I

CERVIENSIS ET COMACLENSIS

DECRETUM

DE FINIBUS IMMUTANDIS

Comaclensi dioecesi adiacent octo paroeciae ad dioecesim Cerviensem pertinentes, intra Ferrariensem archidioecesim ac Comaclensem sitae, sic nuncupatae: *Medelana, Rovereto, Alberlungo, Migliarino, S. Margherita, Fiscaglia, Migliaro, Massafiscaglia;* quas inter et civitatem Comaclensem recta et brevis adest via.

Plura abhinc saecula territorium memoratarum paroeciarum a dioecesi Comaclensi, cui inhaerebat, separatum est ac iurisdictioni ordinariae Episcopi Cerviensis pro tempore existentis subiectum.

Rerum temporumque vicissitudine novis exortis adiunctis, Cerviensis Ecclesia Ravennatensi unita fuit ita ut nuper ipsi, tamquam Episcopus et Pastor, Ravennatium Antistes praefuerit.

Quibus prae oculis habitis et attenta difficultate, ob itineris longitudinem, pro Ravennatensi et Cerviensi Praesule, frequenter, prout est muneris, dictas paroecias adeundi et, vicissim, pro Clero et populo earumdem paroeciarum Pastorem invisendi, opportunum visum est si praefatum territorium cum suis paroeciis a dioecesi Cerviensi dismembraretur ac Comaclensi iterum attribueretur.

Haec omnia apprime noscens ac mature perpèndens Ssmus Dominus Noster Pius Divina Providentia Pp. XII, ad bonum animarum et profectum ecclesiasticae disciplinae, de potestatis plenitudine ac suppleto consensu interesse habentium vel habere praesumentium, praesenti Consistoriali Decreto perinde valituro ac si super iisdem Apostolicae sub plumbo Litterae datae forent, paroecias *Medelana, Rovereto, Alberlungo, Migliarino, S. Margherita, Fiscaglia, Migliaro, Massafiscaglia*

cum suo quoque territorio, Clero legitime adscripto et populo, a Cerviensi dioecesi distrahit ac dioecesi Comaclensi perpetuo aggregat.

Idem Ssmus Dominus decernere dignatus est bona quaeque immobilia ac iura ad Episcopum pro tempore Cerviensem pertinentia et in territorio praedicto exstantia vel ex eodem promanantia, uti iacent, in dominium Episcopi pro tempore Comaclensis cedere, ac documenta universa ad memoratas paroecias quomodocumque spectantia a tabulario Cerviensi ad Comaclense transferri.

Ad haec omnia exsecutioni mandanda Sanctitas Sua deputare dignata est Excmum P. D. Paulum Babini Episcopum Comaclensem eidemque necessarias et opportunas tribuit facultates etiam subdelegandi in negotio de quo agitur quemlibet virum ecclesiasticum in dignitate constitutum, iniunctoque vero onere quam citius ad hanc Sacram Consistorialem Congregationem mittendi authenticum exemplar actus peractae exsecutionis.

Datum Romae, ex Aedibus S. C. Consistorialis, die 15 Februarii 1947.

Fr. R. C. Card. Rossi, *a Secretis.*

L. ✠ S.

B. Renzoni, *Adsessor.*

II

RAVENNATENSIS ET CERVIENSIS

DECRETUM

UNIONIS DIOECESIUM

Quum Sanctissimus Dominus Noster Pius Divina Providentia Pp. XII, ad fidelium commodum et ecclesiasticae disciplinae profectum, nonnullas paroecias a Cerviensi dioecesi ad Comaclensem nuperrime transtulisset, fines eiusdem Cerviensis dioecesis arctiores constituti sunt numerusque paroeciarum, sacerdotum et fidelium valde imminutus. Postulat proinde bonum animarum ut tota dioecesis alteri propiori uniatur sub uno eodemque Pastore.

Quapropter idem Sanctissimus Dominus pro suo apostolico munere decrevit dioecesim Cerviensem, novissimis annis, Ravennatium Antistiti unitam, aeque principaliter et servato dignitatis ordine in perpetuum archidioecesi Ravennatensi coniungi et ideo posthac Ravennatensis Praesul et titulo Episcopi Cerviensis condecorabitur atque frui poterit et debebit omnibus iuribus, facultatibus et privilegiis huic dignitati et officio ad iuris normam propriis. Ius pariter erit Archiepiscopo Ravenna-

tensi et Episcopo Cerviensi pro utraque ditione promiscue adhibendi Clero alterutrius Ecclesiae.

Super quibus Sanctitas Sua mandavit praesens edi Decretum perinde valiturum ac si Apostolicae Litterae expedirentur.

Datum Romae, ex Aedibus S. C. Consistorialis, die 22 februarii 1947.

Fr. R. C. Card. Rossi, *a Secretis.*

L. ✠ S.

B. Renzoni, *Adsessor.*

III

PROVISIO ECCLESIARUM

Sanctissimus Dominus Noster Pius divina Providentia Papa XII, successivis decretis Sacrae Congregationis Consistorialis, singulas quae sequuntur Ecclesias de novo Pastore dignatus est providere, nimirum:

die 28 Martii 1947. — Titulari episcopali Ecclesiae Hemeriensi praefecit R. D. Zdzislaw Golinski, canonicum Capituli Cathedralis Lublinensis, quem deputavit Coadiutorem sine iure successionis Excmi P. D. Stephani Wyszynski, Episcopi Lublinensis.

die 2 Aprilis. — Titulari episcopali Ecclesiae Eressensi R. D. Zachariam de Vizcarra y Arana, Antistitem Urbanum, e dioecesi Victoriensi.

die 10 Aprilis. — Cathedrali Ecclesiae Rapidopolitanae Coadiutorem cum iure successionis Excmum P. D. Gulielmum McCarty, Episcopum titularem Anaeum.

die 19 Aprilis. — Titulari archiepiscopali Ecclesiae Lemnensi R. D. Gabrielem Garrone, Vicarium Generalem archidioecesis Chamberiensis, quem constituit Coadiutorem cum iure successionis Emi et Revmi P. D. Iulii S. R. E. Card. Saliège, Archiepiscopi Tolosani.

— Titulari episcopali Ecclesiae Cassandrensi R. D. Georgium Béjot, Vicarium Generalem archidioecesis Bisuntinae, quem deputavit Auxiliarem Excmi P. D. Mauritii Dubourg, Archiepiscopi Bisuntini.

die 21 Aprilis. — Cathedrali Ecclesiae Corisopitensi R. D. Andream Fauvel, Moderatorem Operum dioecesanarum ad fidem tuendam, dioecesis Constantiensis.

die 24 Aprilis. — Cathedrali Ecclesiae Malacitanae R. D. Angelum Herrera Oria, e dioecesi Santanderiensi.

— Cathedrali Ecclesiae Tirasonensi, cum Administratione Apostolica Tudelensi, Excmum P. D. Emmanuelem Hurtado García, hactenus Episcopum titularem Biltensem.

— Cathedrali Ecclesiae Illerdensi R. D. Aurelium Del Pino Gómez.

decanum capituli cathedralis et Vicarium Generalem in dioecesi Segobiensi.

— Cathedrali Ecclesiae Almeriensi R. D. Alphonsum Ródenas García, canonicum capituli cathedralis Carthaginensis in Hispania.

— Cathedrali Ecclesiae Sancti Christophori de Laguna R. D. Dominicum Pérez Cáceres, decanum capituli cathedralis et Vicarium Capitularem in eadem dioecesi Sancti Christophori de Laguna.

die 26 Aprilis. — Abbatiae *nullius* Einsiedlensi R. P. Bennonem Gut, monachum Congregationis Helveto-Benedictinae.

die 1 Maii. — Cathedrali Ecclesiae Uritanae R. D. Albericum Semeraro, parochum Ecclesiae B. M. V. de Monte Carmelo, in civitate Tarentina.

die 9 Maii. — Abbatiae *nullius* S. Mariae Montis Oliveti Maioris R. P. Romualdum Mariam Zilianti, Abbatem Generalem Congregationis S. Mariae Montis Oliveti.

die 10 Maii. — Cathedrali Ecclesiae Poncensi R. D. Iacobum McManus, sodalem C. SS. R., parochum in *Majaguez* in dioecesi Poncensi.

— Titulari episcopali Ecclesiae Arycandensi R. D. Antonium Alves de Siqueira, canonicum capituli metropolitani Sancti Pauli in Brasilia, quem deputavit Auxiliarem Emi ac Revmi P. D. Caroli Carmeli S. R. E. Card. de Vasconcellos Motta, Archiepiscopi S. Pauli in Brasilia.

— Titulari episcopali Ecclesiae Limatensi R. D. Ioannem Sison, e dioecesi Lingayensi, quem deputavit Auxiliarem Excmi P. D. Iacobi Sancho, Episcopi Novae Segobiae.

— Titulari episcopali Ecclesiae Apolloniensi R. D. Ioannem Patricium Cody, cancellarium archidioecesis S. Ludovici, quem deputavit Auxiliarem Excmi P. D. Iosephi E. Ritter, Archiepiscopi S. Ludovici.

— Titulari episcopali Ecclesiae Aegeaensi R. D. Ioannem Wright, ex archidioecesi Bostoniensi, quem deputavit Auxiliarem Excmi P. D. Richardi Iacobi Cushing, Archiepiscopi Bostoniensis.

— Titulari episcopali Ecclesiae Etennensi R. D. Iacobum Iosephum Byrne, professorem philosophiae in Collegio Sanctae Catharinae, quem deputavit Auxiliarem Excmi P. D. Ioannis Gregorii Murray, Archiepiscopi S. Pauli de Minnesota.

— Titulari episcopali Ecclesiae Daldianae R. D. Henricum Theophilum Klonowski, parochum ecclesiae Sacrorum Cordium Iesu et Mariae in urbe Scranton, quem deputavit Auxiliarem Excmi P. D. Gulielmi Iosephi Hafey, Episcopi Scrantonensis.

die 17 Maii. — Cathedrali Ecclesiae Midensi R. D. Ioannem Kyne, vice-rectorem Collegii Hibernorum in Urbe.

SACRA CONGREGATIO DE PROPAGANDA FIDE

I

DE KHARTUM - BANGUEN.

DECRETUM

DE MUTATIONE FINIUM VICARIATUUM

Cum per Decretum, hoc eodem die datum, erecta sit Praefectura Apostolica Arcis Lamy, territorio partim distracto a Vicariatu Apostolico de Khartum, Sacrae Congregationi de Propaganda Fide opportunum visum est ad novam limitum definitionem inter Vicariatum Apostolicum de Khartum et Vicariatum Apostolicum Banguensem procedere.

Itaque Emi ac Revmi Patres huic S. Congregationi Christiano Nomini Propagando praepositi, in plenariis comitiis die 7 vertentis mensis Ianuarii habitis, a Vicariatu Apostolico de Khartum distrahendam et Vicariatui Apostolico Banguensi adnectendam censuerunt regionem sitam inter fines civiles coloniae Tchad, decimum circulum parallelum latitudinis septemtrionalis et fines politicos cum territorio Sudan Anglo-Aegyptiaci.

Quam Emorum Patrum sententiam ab infrascripto huius S. Congregationis Secretario in Audientia diei 9 mensis eiusdem Ssmo Domino Nostro Pio Div. Prov. Pp. XII relatam, Ipse Summus Pontifex, benigne excipiens, territorii partem, de qua supra, a Vicariatu Apostolico de Khartum distrahere et Vicariatui Apostolico Banguensi adnectere dignatus est atque praesens ad rem Decretum confici iussit.

Datum Romae, ex Aedibus Sacrae Congregationis de Propaganda Fide, die 9 mensis Ianuarii A. D. 1947.

P. Card. Fumasoni Biondi, *Praefectus*

L. ✠ S.

† Celsus Costantini, Archiep. tit. Theodos., *a Secretis*.

II

ALLAHABADEN. ET DE GORAKPUR

DECRETUM

DISMEMBRATIONIS ET UNIONIS

Cum Exc. P. D. Angelus Poli, Administrator Apostolicus dioeceseos Allahabadensis et Praefecturae Apostolicae de Gorakpur preces porrexisset ut territorium complectens districtum civilem de Mirzapur a Praefectura Apostolica de Gorakpur distraheretur et dioecesi Allahabadensi iungeretur, Emi ac Revmi Patres huic S. Consilio Christiano Nomini Propagando praepositi, attento favorabili voto Excmi P. D. Leonis Petri Kierkels, Archiepiscopi tit. Salaminensis et in Indiis Orientalibus Delegati Apostolici, in plenariis comitiis die 7 labentis mensis Ianuarii habitis, considerantes eam territorii translationem valde conferre ad activitatem Cleri indigenae, dioecesi Allahabadensi addicto, latius extendendam, rem Summo Pontifici commendandam censuerunt.

Quam Emorum Patrum sententiam, Ssmo Domino Nostro Pio Div. Prov. Pp. XII ab infrascripto huius S. Congregationis Secretario in audientia diei 9 eiusdem mensis relatam, Summus Pontifex ratam habuit et confirmavit et praesens ad rem Decretum confici mandavit.

Datum Romae, ex Aedibus Sacrae Congregationis de Propaganda Fide, die 9 Ianuarii A. D. 1947.

P. Card. FUMASONI BIONDI, *Praefectus*

L. ✠ S.

† Celsus Costantini, Archiep. tit. Theodos., *a Secretis.*

III

DE FOUMBAN – BERBERATEN.

DECRETUM

DE MUTATIONE FINIUM

Cum per Decreta, hoc eodem die data, erectae sint Praefectura Apostolica Garuensis et Praefectura Apostolica Arcis Lamy territoriis partim distractis a Vicariatu Apostolico de Foumban et a Praefectura Apostolica Berberatensi, Sacrae Congregationi de Propaganda Fide oppor-

tunum visum est ad novam limitum definitionem inter Vicariatum Apostolicum de Foumban et Praefecturam Apostolicam Berberatensem procedere.

Itaque Emi ac Revmi Patres huic S. Congregationi Christiano Nomini Propagando praepositi, in plenariis comitiis die 7 vertentis mensis Ianuarii habitis, a Vicariatu Apostolico de Foumban distrahendas et Praefecturae Apostolicae Berberatensi adnectendas censuerunt regionem sitam inter fines civiles coloniae Tchad et Camerun Gallici atque flumen Logone occidentale, ita ut pagi Moundou et Kelo in posterum pertineant ad Praefecturam Apostolicam Berberatensem, atque insuper illam regionem quae sita est inter decimum circulum parallelum latitudinis septemtrionalis et fines civiles coloniae Tchad.

Quam Emorum Patrum sententiam, ab infrascripto huius S. Congregationis Secretario in Audientia diei 9 eiusdem mensis Ssmo Domino Nostro Pio Div. Prov. Pp. XII relatam, Ipse Summus Pontifex, benigne excipiens, territorii partes, de quibus supra, a Vicariatu Apostolico de Foumban distrahere et Praefecturae Apostolicae Berberatensi adnectere dignatus est atque praesens ad rem Decretum confici iussit.

Datum Romae, ex Aedibus Sacrae Congregationis de Propaganda Fide, die 9 mensis Ianuarii A. D. 1947.

P. Card. Fumasoni Biondi, *Praefectus*

L. ✠ S.

† Celsus Costantini, Archiep. tit. Theodos., *a Secretis.*

IV

PROVISIO ECCLESIARUM

Singulis, ut infra, decretis Sacri Consilii Christiano Nomini propagando Ssmus Dñus Noster Pius div. Prov. Pp. XII dignatus est sequentes providere Ecclesias, nimirum:

die 13 Februarii 1947. — Titulari episcopali Ecclesiae Aspendiensi praefecit R. D. Iosephum Futy, hactenus Praefectum Apostolicum de Morondava, quem constituit Vicarium Apostolicum de Antsirabé.

— Titulari episcopali Ecclesiae Attalensi in Pamphylia R. P. Ioannem Batiot, Congregationis Sancti Spiritus sodalem, quem constituit Vicarium Apostolicum de Majunga.

— Titulari episcopali Ecclesiae Araxensi R. P. Ioannem Baptistam

Fauret, Congregationis Spiritus Sancti presbyterum, quem constituit Vicarium Apostolicum de Loango.

— Titulari episcopali Ecclesiae Carianensi R. D. Renatum Van Heusden, Societatis S. Francisci Salesii sodalem, quem constituit Vicarium Apostolicum Sakaniensem.

— Cathedrali Ecclesiae Daechensi R. P. Laurentium Leonem Graner, e Congregatione S. Crucis.

die 13 Martii. — Titulari episcopali Ecclesiae Drivastensi R. P. Danielem Liston, Congregationis Sancti Spiritus sacerdotem, quem deputavit Coadiutorem cum iure successionis hodierni Antistitis Portus Ludovici.

— Titulari episcopali Ecclesiae Hermonthitanae R. P. Nicolaum Verhoeven, e Missionariis S. Cordis Iesu, quem constituit Vicarium Apostolicum de Manado.

— Titulari episcopali Ecclesiae Caffenae R. P. Iosephum Augustinum Hagendorens, e Congregatione Clericorum excalceatorum Ssmae Crucis et Passionis D. N. I. C., hactenus Praefectum Apostolicum de Tshumbe.

— Cathedrali Ecclesiae Yokohamaënsi R. D. Thomam Asagoro Wakida, dioecesis Nagasakiensis sacerdotem.

— Titulari episcopali Ecclesiae Attudensi R. P. Ioannem Lueck, e Congregatione Sacerdotum a Sacro Corde Iesu, quem constituit Vicarium Apostolicum de Aliwal.

die 10 Aprilis. — Cathedrali Ecclesiae Allahabadensi R. D. Leonardum Ioseph Raymond, Bombayensis Archidioecesis presbyterum.

— Titulari episcopali Ecclesiae Gibbensi R. P. Hilarium Mariam Vermeiren, Societatis Missionariorum S. Cordis Iesu sodalem, quem constituit Vicarium Apostolicum de Coquilhatville.

— Titulari episcopali Ecclesiae Egugensi R. P. Ludovicum Amidaeum Lefevre, Ordinis Fratrum Minorum, quem constituit Vicarium Apostolicum de Rabat.

— Titulari episcopali Ecclesiae Cidyessensi R. P. Claudium Bayet, Societatis Parisiensis Missionum ad Exteras Gentes sodalem, quem constituit Vicarium Apostolicum de Laos.

— Titulari episcopali Ecclesiae Cratiensi R. P. Camillum Placidum Crous y Salichs, Ordinis Fratrum Minorum Capuccinorum, quem constituit Vicarium Apostolicum de Caquetà.

V

NOMINATIONES

Decretis, ut infra, datis Sacra Congregatio de Propaganda Fide ad suum beneplacitum renuntiavit:

die 31 Ianuarii 1947. — R. D. Cosmam Alterio, Societatis Sancti Francisci Salesii, *Praefectum Apostolicum de Alto Orinoco.*

die 7 Martii. — R. P. Firminum Courtemanche, e Societate Missionariorum Africae, *Praefectum Apostolicum de Fort Jameson.*

die 28 Martii. — R. P. Aloysium Häne, Societatis Missionum Exterarum de Bethlehem in Helvetia, *Praefectum Apostolicum Arcis Victoriae.*

die 25 Aprilis. — R. P. Ioannem Plumey, e Congregatione Oblatorum Mariae Immaculatae, *Praefectum Apostolicum Garuensem.*

— R. P. Iosephum du Bouchet, S. I., *Praefectum Apostolicum Arcis Lamy.*

SACRA CONGREGATIO RITUUM

I

ROMANA SEU SETINA

CANONIZATIONIS B. CAROLI A SETIA, CONFESSORIS, LAICI PROFESSI ORDINIS FRATRUM MINORUM.

SUPER DUBIO

An signanda sit commissio Reassumptionis causae in casu et ad effectum de quo agitur.

Doctor mellifluus in tractatu de duodecim gradibus humilitatis, evangelicam pericopam explanans, scribit: *Confiteor tibi Pater, Domine caeli et terrae, quia abscondisti haec, haud dubium quin veritatis secreta, a sapientibus et prudentibus, scilicet a superbis, et revelasti ea parvulis, hoc est, humilibus. Et in hoc apparet quod veritas, quae superbis absconditur, humilibus revelatur ... qui iussit humilitatem perducet ad veritatem.*

Quod apprime admirari est in B. Carolo a Setia, laico professo Ordinis Fratrum Minorum, qui tenui ingenio praeditus ac litterarum primis tantum rudimentis imbutus, sed profundissima humilitate ac ardentissima caritate ornatus, plura de divinis conscripsit, quae vix doctus theologus potuisset attingere, aliisque charismatibus fuit ditatus seu in vita seu post pretiosam mortem, quam die Epiphaniae Domini sacro, alma in hac Urbe, anno Domini 1670 obiit.

Quare iuridicis inquisitionibus rite peractis Clemens XIV eum in heroico gradu virtutes attigisse constare, Pius autem IX, eius interventione a Deo duo miracula fuisse patrata, ideoque tuto ad sollemnem beatificationem posse procedi, decreverunt.

Haec vero sollemnitas in Vaticana Basilica die 22 Ianuarii, anno 1882, Leone XIII Summo Pontifice, celebrata est.

Nec satis: *Ascende superius* videtur ipse Dominus Servo suo per nova portenta significare, quae, uti fertur, Ipse, eodem intercedente patravit. Quare Revmus P. Fortunatus Scipioni, Ordinis Fratrum Minorum generalis Postulator, vota quoque totius Ordinis sui depromens, accedentibus quoque postulatoriis litteris nonnullorum sacrorum Antistitum atque cleri populique Setini, enixe Ssmum D. N. Pium Papam XII exoravit ut Canonizationis B. Caroli Causam resumi mandaret.

In ordinario itaque S. R. C. coetu, die 16 Iulii mensis huius anni, infrascriptus Cardinalis, Sacrae huius Congregationis Praefectus et insimul Causae Ponens seu Relator, dubium posuit: *An signanda sit commissio Reassumptionis causae praedicti Beati, in casu et ad effectum de quo agitur.*

Emi ac Revmi Patres Cardinales, omnibus perpensis, audito quoque R. P. D. Salvatore Natucci, generali Fidei Promotore, rescribendum censuere: *Affirmative,* nempe, *Signandam esse commissionem Reassumptionis causae si Ssmo placuerit.*

Hodierna autem die, R. P. D. Promotore generali Sanctitati Suae referente, Beatissimus Pater, rescriptum Emorum Patrum ratum habens, *commissionem Reassumptionis causae Canonizationis Beati Caroli a Setia, Confessoris* propria manu subsignare dignatus est.

Datum Romae, die 4 Augusti, Dominica VIII post Pentecosten, anno Domini 1946.

✠ C. Card. Salotti, Ep. Praen., *Praefectus.*

L. ✠ S.

† A. Carinci, Archiep. Seleuc., *Secretarius.*

II

BRUGEN.

BEATIFICATIONIS ET CANONIZATIONIS SERVI DEI CAROLI M. SCHILLING, SACERDOTIS PROFESSI CONGREGATIONIS CLERICORUM REGULARIUM S. PAULI BARNABITARUM.

SUPER DUBIO

An signanda sit commissio Introductionis causae, in casu et ad effectum de quo agitur.

O altitudo divitiarum sapientiae et scientiae Dei, quam incomprehensibilia sunt iudicia eius et investigabiles viae eius! (Rom. 11, 33). Mirabiliter hoc praecipue in sanctis suis comprobatur, quos undique Deus eligit et assumit prout vult, *non* enim *volentis neque currentis sed miserentis est Dei* (ib. 9, 16). Hi sunt viva templa, in quae Deus adveniens suam mansionem ponit, veluti in praedilecta sede, eos enutrit, stupenda operatur, cum in eorum animis, tum, per eorum ministerium, in fidelibus efficacitatem eorum actioni conferens.

Servus Dei Carolus M. Schilling divinae huius oeconomiae praeclarum exstitit exemplum. Etsi enim in lutherana haeresi natus erat eique forti tenacia addictus, Deo, suaviter ad catholicam fidem vocanti, adeo assensit, ut non solum, veluti alter Paulus, haeresim abiecerit veramque fidem fuerit amplexus, sed perfectionis viam generose arripuerit, atque ad mortem usque, numquam ab ea deflectendo, perseveraverit, uti mox delibabimus. Et sane: In oppido Akershus non longe ab urbe Oslo in Norvegia, die 9 Iunii a. D. 1835, Dei Famulus ortus est, cuius parentes Gottlieb Adulphus et Eleonora Berg, honesti quidem coniuges, verum lutheranae sectae recto animo addicti. Infanti in baptismo nomen Carolus Halfdan fuit impositum. Adulescens, quum in picturam propenderet, in hanc artem incubuit atque, ut in ea perficeretur, ad a[illegible] Düsseldorf se contulit, in qua celebrem Academiam frequentavit, magno suae artis emolumento, uti comprobant plures ab eo depictae tabulae, quarum nonnullae dignae habitae sunt, quae in publicis Norvegiae pinacothecis asserventur.

In hac civitate hospes erat catholicae familiae, cuius unus ex filiis ad sacerdotium se parabat, cum quo prae ceteris saepe de religione sermonem habebat.

Quare factum est ut paullatim falsae opiniones, alte in eius animo

radicatae, decederent, atque catholicae fidei veritas eius mentem magis magisque illustraret. Praesertim desiderium in eo percrebuit paenitentiae Sacramenti experiendi, quo lutherana haeresis caret, catholica Ecclesia fruitur. Id autem quod ultimas nubeculas depulit, eumque forte efficacius ad conversionem impulit, eximia fuit caritas Filiarum a Cruce, praecipue vero Superiorissae Sororis Aemiliae, diu noctuque heroice exercita erga infirmos, erga pauperes, erga orphanos, erga miseros egentes quoscumque, sive degentes in nosocomio earum curae concredito, sive in domibus, sive in sordidis tuguriis, a quibus infirmariae suae regionis et sectae abhorrebant.

Hisce aliisque rationibus serio perpensis, nec non catholica doctrina perfecte eruditus, die 11 Novembris anno 1854 lutheranam haeresim coram testibus detestatus est. Quoniam autem baptismus in infantia receptus validus fuit agnitus, sacrosanctum Christi corpus eodem die magno animi suo gaudio excepit, novumque christianae vitae genus in exemplum auspicatus est. Biennio post sacro chrismate fuit confirmatus.

Sacrificio Missae quotidie, peregrinationibus aliisque piis actibus interesse, conferentiis, quas vocant, S. Vincentii a Paulo participem fieri in deliciis habuit, quod non modo reverentiam sociorum Academiae ei conciliavit, sed et imitationem excitavit. In Norvegiam reversus aliquot annos ibi permansit, iuges in perfectione progressiones faciens; quae progressiones vocationem religiosam in eo maturaverunt. Clericorum regularium S. Pauli Barnabitarum Congregationem selegit, cuius piissimo sodali suam animam moderandam concrediderat.

Anno 1868 tirocinium inivit in oppido Aubigny-sur-Nère (Cher) in Gallia; religiosa vota, prius uti clericus oblatus, dein anno 1872 die 18 Decembris sollemni professione nuncupavit. Triennio post eodem die Sacerdotio auctus atque tironum magister alter fuit electus. Ferociter expulsis anno 1880, iniqua iniustaque lege, Barnabitis e Gallia, Dei Famulus in Italiam venit, idem officium in novitiatus domo Modoetiae servavit per totum septennium, quo hic commoratus est.

Nova constituta tirocinii domo in oppido Mouscron in Belgio, Famulus Dei Superiorum iussu anno 1887 huic domui fuit destinatus, in qua viginti fere annos vixit, omnibus sacerdotalibus ministeriis maximo animarum emolumento attendens.

Die 2 Ianuarii a. 1907 senio, laboribus paenitentiisque fractus, Ecclesiae sacramentis piissime receptis, « Iesu mi, dicens, fac ut te magis magisque amem », lectissimam animam Deo reddidit, complorantibus non modo sodalibus, qui perfectum sacerdotalis et religiosae vitae exemplar, sed et cuncto populo Mouscronensi, qui patrem, consolatorem, pacis

familiarum sequestrem, peccatorum reconciliatorem, virum insigniter beneficum in terris amiserant.

Fama haec sanctitatis causa fuit ut in Episcopali Curia Brugen. annis 1924-1932, et per Rogatoriales Litteras in Curiis Colonien. annis 1928-29, Parisien. a. 1930, Romana a. 1932 atque Mediolanen. a. 1930-31 Ordinaria auctoritate confecti sint processus super hac fama, nec non super scriptis atque obedientia decretis Urbani Papae VIII cultum Servis Dei prohibentibus.

Decreto diei 19 Maii a. 1939 Sacra haec Congregatio, scriptis perpensis, nihil obstare quominus ad ulteriora posset procedi edixit.

Plures postulatoriae litterae Summo Pontifici porrectae sunt praesertim ab Episcopis Belgii, Cardinali Archiepiscopo Mechliniensi praeeunte, pro causae Introductione.

Servatis itaque de iure servandis, Revmo D. Fausto Codato generali Postulatore Congregationis S. Pauli instante, Emus ac Revmus D. Cardinalis Raphaël Carolus Rossi, causae Ponens seu Relator, in ordinario sacrorum Rituum coetu in Vaticanis aedibus die 12 Novembris mensis anni huius habito, dubium posuit disceptandum: *An signanda sit commissio Introductionis causae, in casu et ad effectum de quo agitur* atque de ea retulit. Emi ac Revmi Patres Cardinales, relatione hac audita, auditis quoque officialium Praelatorum suffragiis, nec non R. P. D. Salvatore Natucci, generali Promotore Fidei, respondere censuerunt: *Signandam esse commissionem Introductionis causae, si Sanctissimo placuerit.*

Facta autem ab infrascripto Cardinali S. R. C. Praefecto, subsignato die relatione Beatissimo Patri, Sanctitas Sua, Emorum Cardinalium rescriptum ratum habens, *commissionem Introductionis causae Servi Dei Caroli M. Schilling* Sua manu dignata est subsignare.

Datum Romae, die 22 Novembris a. D. 1946.

✠ C. Card. Salotti, Ep. Praen., *Praefectus*

L. ✠ S.

† A. Carinci, Archiep. Seleuc., *Secretarius.*

III

ANICIEN.

BEATIFICATIONIS ET CANONIZATIONIS SERVI DEI FRATRIS BENILDI, RELIGIOSI PROFESSI EX INSTITUTO FRATRUM SCHOLARUM CHRISTIANARUM.

SUPER DUBIO

An et de quibus miraculis constet in casu et ad effectum de quo agitur

Leo XIII f. r. in homilia, quam habuit in sollemni B. Ioannis Baptistae De La Salle et Ritae a Cassia canonizatione: « Faxit Deus, inquit, ut christianae praecepta doctrinae altius in pectus mortalium descendant, et hanc, quae in exitu est, aetatem aetas insequatur sanior, pacatior, Christi christianorumque institutorum cupidior. Ratum faciant omen sancti caelites novensiles. In primis et maxime Ioannis Baptistae lumen in officio retineat proniorem in vitia iuventutem: eoque ipso magistro discant sacri ordinis viri sese communi hominum saluti totos et penitus dedere ».

Omne hoc in Venerabili Benildo Deus firmavit; sancti enim fundatoris spiritu repletus Benildus magister in exemplum est factus, humanam scientiam cum pietate docens, discipulorum mentem illustrabat atque cor Dei amore permulcebat. « Ipse magister est, scribit S. Bonaventura, qui cathedram habet in caelis, corda hominum in terris (sup. Sap. c. V). Cathedram habet in caelo, qui intus docet corda » (Sup. Lc. c. XIX).

Virtutum exempla, quae Venerabilis Benildus, in toto suae vitae cursu commonstravit, adeo visa sunt admiranda, et fidelium omnium, praecipue vero Christianarum Scholarum Instituti Sodalium, imitationi proponenda, ut non multo post eius excessum, qui anno 1862 die 13 Augusti contigit, ordinaria auctoritate processibus constructis, beatificationis causa die 23 Aprilis mensis anno 1903 apud Sacram hanc Congregationem, Leone XIII Summo Pontifice, fuerit introducta, felicique successu. Apostolicis enim inquisitionibus peractis, Pius XI f. r. per huius Sacrae Congregationis decretum, die sancto Epiphaniae anno 1928 Servum Dei heroicas exercuisse virtutes edixit.

Humano testimonio divinum est modo addendum. Duae enim sanationes ab Causae Actoribus propositae sunt, quae divinae actioni visae sunt tribuendae; super quibus Apostolica auctoritate constructi sunt

processus, de quorum iuridica vi recognita decreto diei 16 Iulii 1941 constat. Hae vero sunt:

I. Frater Ioachim Donati, ex Instituto Fratrum Scholarum Christianarum, annos natus quatuor supra triginta, die 3 Aprilis mensis, anno 1931 gravi cephalalgia, aliis gravibus symptomatibus stipata, tentari coepit. Quinque medici a cura aut consultatione, diagnosim endocranici tumoris in cerebello emiserunt, cum lethali prognosi. Tres periti a Sacra hac Congregatione adlecti in eamdem conveniunt sententiam cum de diagnosi tum de prognosi. Verum quod naturae vires non valuerunt, divina omnipotentia est operata. Superiorum iussu novendiales preces pro infirmi sanatione per Venerabilis Benildi intercessionem fervide effusae sunt. Die 1 Maii, ultimo harum precum, hora tertia matutina frater Ioachim de repente ab omnibus doloribus liberatum se sensit perfecteque sanatum neque unquam in morbum relapsus est.

Sanationem hanc miraculo esse tribuendam praeter tres peritos ex officio, quatuor ex medentibus edicunt.

II. Frater Valerianus, ex eodem Instituto, anno 1879 natus, ab adulescentia ad sanationem usque, quae anno 1933 mire contigit, a malaricis febribus aliquoties afficiebatur, a quibus valde fuit debilitatus. Praeterea ab aetate 12 annorum stomachi morbo tentari coepit, qui adeo invaluit, ut ad gravem gastroduodenitem et perigastroduodenitem chronicam pervenerit cum gravissima anhaemia, effecta cum ex multiplicibus ingentibusque haemorrhagiis, tum ex malaricis recidivis febribus, cum consequenti adynamia, quae eousque se portendit, ut quinque ultimis diebus ipse neque cibum neque potum sumere omnino potuerit: ulterius ob gastricam tetaniam, qua frequentissime larynx angebatur, per cannulam arte insertam respirare cogeretur. Nec alia morbida defuerunt adiuncta, quae ad extremum vitae limen infirmum adduxerant, ita ut mors, medentis iudicio, immineret. Infirmus itaque die 11 Decembris sacro viatico fuit refectus, die vero 14 extrema Unctione munitus. Interim novendiales preces ab omnibus sodalibus inceptae sunt, ut infirmi sanationem Deus per Venerabilis Benildi merita dignaretur operari. Postulantium vota benigne sunt exaudita. Porro primis diei 15 horis frater Valerianus perfectam sanationem illico obtinuisse gavisus est, quam medens eodem mane plene recognovit.

Sanatus eodem die communem religiosorum cibum sumit, sequentique die pristina resumit officia, quasi gravissimas infirmitates passus non fuisset; in bona autem valetudine perseveravit. Miraculum intervenisse medicus a curatione, nec non quatuor periti a Sacra Congregatione adlecti edicunt.

De utraque mira sanatione prius in Antepraeparatoria Congregatione coram Rmo Cardinali Alexandro Verde, Causae Ponente seu Relatore, die 20 iulii mensis anno 1943, in Praeparatoria, die 24 iulii anno 1945 atque in Nova Praeparatoria die 11 iunii anno 1946 disceptatum est, demum in Generali coram Ssmo D. N. Pio Papa XII die 28 elapsi mensis, in qua idem Rmus Cardinalis dubium posuit disceptandum: *An et de quibus miraculis constet in casu et ad effectum de quo agitur.* Rmi Cardinales, Officiales Praelati, Patresque Consultores suam quisque protulit sententiam. Verum Beatissimus Pater suam in re tam gravi edere ratus est differre, usque ad hodiernam diem Dominicam Quinquagesimae, ut maiori lumine a Deo fusis precibus illustraretur.

Quapropter, ad se accersitis Rmis Cardinalibus Alexandro Verde, causae Ponente, et infrascripto S. R. C. Praefecto, nec non R. P. Salvatore Natucci, Promotore generali Fidei, meque Secretario, sacraque Hostia pientissime litata, edixit: *Constare de duobus miraculis, Venerabili* Benildo *intercedente a Deo patratis,* videlicet, *de instantanea perfectaque sanatione cum Fratris Ioachim Donati a lethali tumore intracranico, tum Fratris Valeriani a gravi gastroduodenite et perigastroduodenite chronica atque a gravissimo statu marantico.*

Hoc autem decretum publici iuris atque in acta Sacrae Rituum Congregationis referri mandavit.

Datum Romae, die 16 Februarii a. D. 1947.

✠ C. Card. Salotti, Ep. Praen., *Praefectus*

L. ✠ S.

† A. Carinci, Archiep. Seleuc., *Secretarius*

IV

LUCIONEN.

DECRETUM

DE FUNDATORE FRATRUM INSTRUCTIONIS CHRISTIANAE A S. GABRIELE

Fratres Instructionis Christianae a Sancto Gabriele, persuasum habentes Beatum Ludovicum Grignion de Montfort eorum fuisse fundatorem, enixe postularunt, ut et ipsi una cum Patribus Missionariis Societatis Mariae et Filiabus a Sapientia, se pari iure, ad sollemnem eiusdem Beati Canonizationem admitterentur. Consilio autem inito cum Emo

Cardinali La Puma, tunc S. Congregationis Religiosorum Praefecto, reque ad Sanctissimum Dominum nostrum Pium Papam XII per infrascriptum S. Rituum Congregationis Cardinalem Praefectum relata, in audientia diei 18 Maii 1941, Sanctitas Sua mandavit ut negotium de fundatore eorundem Fratrum Instructionis Christianae a S. Gabriele a S. Rituum Congregatione pertractaretur ac decerneretur. Mandavit insuper ut Sectio historica eiusdem S. Congregationis rem prius accurate cognosceret, ab Emis Cardinalibus postea de more discutiendam. Ita factum est ut Sectio historica, ea qua pollet auctoritate ac peritia, quaestionem de fundatione Fratrum Instructionis Christianae a S. Gabriele, olim a Spiritu Sancto nuncupatorum, funditus investigaret, fontibus ad rem undequaque collectis, cribratis atque editis; quibus innixi, historici Consultores, in plenario coetu adunati, propriam unusquisque edidit sententiam. Porro die 15 Aprilis vertentis anni, in Congregatione Ordinaria ad Vaticanas Aedes habita, sequens dubium ab Emo Cardinali Friderico Tedeschini, Ponente seu Relatore, propositum fuit, nempe: *An Beatus Ludovicus Maria Grignion de Montfort haberi possit uti fundator, non solum Presbyterorum Societatis Mariae et Filiarum a Sapientia, sed etiam Fratrum Instructionis Christianae a Sancto Gabriele.* Emi vero Patres sacris tuendis ritibus praepositi, re mature perpensa ac unanimi sententia Consultorum Sectionis historicae prae oculis habita, responderunt: *Negative. Constare immo fundatorem Fratrum Instructionis Christianae a Sancto Gabriele fuisse P. Gabrielem Deshayes.*

Facta postmodum eidem Sanctissimo Domino nostro Pio Papae XII per infrascriptum S. Rituum Congregationis Cardinalem Praefectum relatione, Sanctitas Sua Purpuratorum Patrum responsum confirmare benigne dignata est.

Die 25 Aprilis 1947.

✠ C. Card. Salotti, Ep. Praen., *Praefectus.*

L. ✠ S.

† A. Carinci, Archiep. Seleuc., *Secretarius.*

ACTA TRIBUNALIUM

SACRA ROMANA ROTA

Citatio edictalis

VARSAVIEN.

NULLITATIS MATRIMONII (JURKOWSKI-ECHAUST)

Cum ignoretur locus actualis commorationis Dominae Carolinae Echaust, in causa conventae, eamdem citamus ad comparendum, sive per se sive per procuratorem legitime constitutum, in sede Tribunalis S. R. Rotae (Romae, Palazzo della Cancelleria) die 6 Octobris 1947, hora undecima, ad concordandum de dubio disputando, vel infrascripto subscribendum et ad diem designandam, qua habebitur Turnus Rotalis pro causa definitione:

An constet de matrimonii nullitate, in casu.

Ordinarii locorum, parochi, sacerdotes et fideles quicumque notitiam habentes de loco commorationis praedictae Dominae Carolinae Echaust, curare debent, ut de hac edictali citatione ipsa moneatur.*

Franciscus Brennan, *Ponens.*

Ex Cancellaria Tribunalis S. R. Rotae, die 13 Maii 1947.

I. Stoppini, *Notarius.*

* Etant inconnu le lieu de la demeure actuelle de Mme Charlotte Echaust défenderesse en cette cause, nous la citons à comparaître, par propre personne ou par un procureur légitimement constitué, au siège du Tribunal de la S. Rote Romaine (Roma, Palazzo della Cancelleria) le 6 octobre 1947, à 11 heures, pour concorder ou souscrire le doute ci-dessus rapporté, et fixer le jour de la décision de la cause devant la Rote.

Conste-t-il de la nullité du mariage dans le cas?

Les Ordinaires des lieux, les curés, les prêtres, les fidèles ayant connaissance du lieu de la résidence de la dite Charlotte Echaust devront, dans la mesure du possible, l'avertir de la présente citation.

DIARIUM ROMANAE CURIAE

SEGRETERIA DI STATO

NOMINE

Con Biglietto della Segreteria di Stato in data 19 aprile 1947, il Santo Padre Pio XII, felicemente regnante, si è degnato di nominare l'Eminentissimo e Reverendissimo Signore Cardinale Benedetto Aloisi Masella, *Membro della Sacra Congregazione per la Chiesa Orientale.*

Parimenti, con Biglietti della Segreteria di Stato, il Santo Padre Pio XII, felicemente regnante, si è degnato di nominare:

Prelati domestici di Sua Santità:

12 gennaio 1945. Monsig. Abib Scandar Alessandro, del patriarcato copto di Alessandria.
26 » 1946. Monsig. Farrelly Michele J., dell'archidiocesi di Dubuque.
» » » Monsig. Hradecky Venceslao Cirillo, della medesima archidiocesi.
» » » Monsig. Kriebs Giovanni Federico, della medesima archidiocesi.
» » » Monsig. Lenihan Daniele J., della medesima archidiocesi.
» » » Monsig. Martin Michele Giuseppe, della medesima archidiocesi.
» » » Monsig. Meyer Alfredo P., della medesima archidiocesi.
» » » Monsig. Miller Carlo Giuseppe, della medesima archidiocesi.
» » » Monsig. Mulligan Francesco P., della medesima archidiocesi.
» » » Monsig. Murphy Riccardo Paolo, della medesima archidiocesi.
» » » Monsig. Rooney Tommaso J., della medesima archidiocesi.
» » » Monsig. Zeyen Giuseppe J., della medesima archidiocesi.
23 febbraio » Monsig. Pontieri Giuseppe, della diocesi di Cassano all'Ionio.
» » » Monsig. Raimondi Pietro, della medesima diocesi.
» » » Monsig. Paolini Renato, della diocesi di Montefeltro.
» » » Monsig. Giorgetti Dante, della diocesi di Orvieto.

27 marzo 1946. Monsig. Bravo Paredes Ferdinando, della diocesi di Tulancingo.
11 aprile » Monsig. Feron Francesco Giuseppe, della diocesi di Ruremonda.
28 » » Monsig. Grabowski Giovanni Eugenio, della diocesi di Winona.
8 maggio » Monsig. Cappelletti Virgilio, dell'archidiocesi di Milano.
17 giugno » Monsig. Poggi Costantino, della diocesi di Bobbio.
» » » Monsig. Cassidy Giuseppe G., della diocesi di Savannah-Atlanta.
» » » Monsig. Dodwell Edoardo J., della medesima diocesi.
9 luglio » Monsig. Goossens Tommaso, della diocesi di s'Hertogenbosch.
14 » » Monsig. Kallarakel Giacobbe, della diocesi di Changanacherry.
» » » Monsig. Kattakayam Giacobbe, della medesima diocesi.
» » » Monsig. Čamanis Giuseppe, dell'archidiocesi di Riga.
20 » » Monsig. Del Frate Angelo, dell'archidiocesi di Milano.
5 agosto » Monsig. Sweere Pietro, della diocesi di Breda.
» » » Monsig. van Gils Leonardo, della medesima diocesi.
24 » » Monsig. Long Giacomo, della diocesi di Christchurch.
21 ottobre » Monsig. Van Hove Alfonso, della diocesi di Bruges.
» » » Monsig. Lebon Giuseppe, della diocesi di Namur.
» » » Monsig. Litt Fernando, della diocesi di Liegi.
» » » Monsig. Maere Renato, della diocesi di Gand.
30 » » Monsig. De Sousa Antonio Paolo Lino, della diocesi di Coceino.
» » » Monsig. Platinho do Rosario Monteiro Francesco Gaetano, della medesima diocesi.
» » » Monsig. Bargagnati Pietro, della diocesi di Fabriano.
31 » » Monsig. Fraghì Sebastiano, della diocesi di Ozieri.
15 novembre » Monsig. Koenraadt Guglielmo, della diocesi di Breda.
» » » Monsig. Alba Giuseppe Michele, dell'archidiocesi di Guadalajara.
» » » Monsig. Flores Severo, della medesima archidiocesi.
» » » Monsig. Ruiz Vidaurri Giuseppe, della medesima archidiocesi.
» » » Monsig. Morabito Francesco, dell'archidiocesi di Reggio Calabria.
23 » » Monsig. Torriani Carlo, della diocesi di Alessandria.
» » » Monsig. Ghibaudo Giovanni, della diocesi di Cuneo.
» » » Monsig. Corsellini Domenico, dell'archidiocesi di Genova.
» » » Monsig. Lercaro Giacomo, della medesima archidiocesi.

23 novembre 1946. Monsig. Adam Leonida, della diocesi di Sherbooke.
» » » Monsig. Bovhier Leone, della medesima diocesi.
» » » Monsig. Baravalle Nicola, dell'archidiocesi di Torino.
» » » Monsig. Garneri Giuseppe, della medesima archidiocesi.
9 dicembre » Monsig. Allevi Luigi, dell'archidiocesi di Camerino.
» » » Monsig. Cecchini Luigi, della medesima archidiocesi.
» » » Monsig. Marangoni Carlo, della medesima archidiocesi.
» » » Monsig. André Leonzio, della diocesi di Namur.
» » » Monsig. Blaimont Pietro, della medesima diocesi.
» » » Monsig. Collard Armando, della medesima diocesi.
» » » Monsig. Koerperich Riccardo, della medesima diocesi.
17 » » Monsig. Brosseau Ettore David, dell'archidiocesi di Ottawa.
» » » Monsig. Brunet Paolo Edoardo, della medesima archidiocesi.
12 gennaio 1947. Monsig. Varga Giovanni, della diocesi di Sabaria.
22 » » Monsig. Ceria Giuseppe, della diocesi di Chiavari.
» » » Monsig. Piro Leonardo, della diocesi di Ischia.
» » » Monsig. Ponti Enrico (Roma).
12 febbraio » Monsig. Tosatti Luigi, della diocesi di Carpi.
15 » » Monsig. Agostini Enrico (Roma).
» » » Monsig. Li Santi Giorgio, dell'archidiocesi di Palermo.
» » » Monsig. Mancini Giuseppe (Roma).
» » » Monsig. Veches Abelardo, della diocesi di Vacia.
27 » » Monsig. Duarte Mira Raul, della diocesi di Aveiro.
» » » Monsig. Samoré Antonio, della diocesi di Piacenza.
13 marzo » Monsig. Santopaolo Beniamino, dell'archidiocesi di Fermo.
23 » » Monsig. Attard Salvatore, della diocesi di Gozo.
» » » Monsig. Cauchi Maurizio, della medesima diocesi.
» » » Monsig. Bob Giorgio, della diocesi di Maramures.
12 aprile » Monsig. Bicchierai Giuseppe, dell'archidiocesi di Milano.
22 » » Monsig. Escrivá de Balaguer y Albas Giuseppe, della diocesi di Madrid.

Camerieri segreti soprannumeri di Sua Santità:

8 giugno 1939. Monsig. Koudis Raffaele, della diocesi di Telsiai.
» » » Monsig. Narjauskas Giorgio, della medesima diocesi.
» » » Monsig. Simaitis Antonio, della medesima diocesi.
» » » Monsig. Vytautas Dikavicius, della medesima diocesi.
» » » Monsig. Curaitis Francesco, della diocesi di Vilkaviskis.
» » » Monsig. Povilaitis Adamo Simone, della medesima diocesi.

8	giugno	1939.	Monsig. Valaitis Giovanni, della medesima diocesi.
5	luglio	»	Monsig. Hogan Terenzio Ottone, della diocesi di Hallahabad.
6	maggio	1943.	Monsig. Lukač Antonio, dell'amministrazione apostolica di Satumare in Cecoslovachia.
16	marzo	1944.	Monsig. Markle Basilio, dell'archidiocesi di Toronto.
4	febbraio	1945.	Monsig. Ormaechea Carlo, della diocesi di Ponce.
14	luglio	1946.	Monsig. Hale Giuseppe J., della diocesi di Winona.
5	agosto	»	Monsig. Semaan Neemeh, del patriarcato latino di Gerusalemme.
»	»	»	Monsig. Vergani Antonio, del medesimo patriarcato.
13	ottobre	»	Monsig. Tobolak Giovanni, dell'archidiocesi di Cracovia.
»	»	»	Monsig. Saydon Pietro Paolo, dell'archidiocesi di Malta.
»	»	»	Monsig. Campanella Giovanni, dell'archidiocesi di Messina.
»	»	»	Monsig. Chiantore Luigi, dell'archidiocesi di Torino.
21	»	»	Monsig. Desckers Matteo Francesco, della diocesi di s'Hertogenbosch.
30	»	»	Monsig. Pellecchia Raffaele, della diocesi di Avellino.
»	»	»	Monsig. Perniola Giovanni, dell'archidiocesi di Bari.
»	»	»	Monsig. Neduparambil Giorgio, della diocesi di Coccino.
»	»	»	Monsig. Bove Carlo, della diocesi di Priverno.
»	»	»	Monsig. Turrini Giuseppe, della diocesi di Verona.
15	novembre	»	Monsig. Mirra Antonio, della diocesi di Lacedonia.
23	»	»	Monsig. Mariani Angelo, dell'archidiocesi di Benevento.
»	»	»	Monsig. Montini Carlo, della diocesi di Brescia.
»	»	»	Monsig. Perriccioli Luigi, della diocesi di Città della Pieve.
»	»	»	Monsig. Canevaro Luigi, dell'archidiocesi di Genova.
»	»	»	Monsig. Cicali Giovanni, della medesima archidiocesi.
»	»	»	Monsig. Di Cole Domenico, della diocesi di Marsi.
»	»	»	Monsig. Borghezio Pompeo, dell'archidiocesi di Torino.
»	»	»	Monsig. Gorgellino Luigi, della medesima archidiocesi.
24	»	»	Monsig. Palla Pio, della diocesi di Rieti.
25	»	»	Monsig. Conigli Abele, dell'archidiocesi di Modena.
»	»	»	Monsig. Righi Adelmo, della medesima archidiocesi.
9	dicembre	»	Monsig. Falger Leone Antonio, dell'archidiocesi di Dubuque.
»	»	»	Monsig. Ciceri Pietro, della diocesi di Novara.
»	»	»	Monsig. Pirazzi Giuseppe, della medesima diocesi.
»	»	»	Monsig. Prestinoni Mario, della medesima diocesi.
»	»	»	Monsig. Zolla Giulio, della medesima diocesi.
17	»	»	Monsig. Francini Egidio, della diocesi di Arezzo.

17 dicembre 1946. Monsig. Chaloux Adeodato, dell'archidiocesi di Ottawa.
» » » Monsig. O'Neill Giovanni, della medesima archidiocesi.
» » » Monsig. Tessier Massimo, della medesima archidiocesi.
21 » » Monsig. Asguti Adamo, della diocesi di Alba Reale.
» » » Monsig. Beiczy Giulio, della medesima diocesi.
» » » Monsig. Bonafede Mentore, della diocesi di Amelia.
» » » Monsig. Calvo Oscar, del vicariato apostolico di Guam.
» » » Monsig. De Marte Nicola, della diocesi di Oppido Mamertino.
» » » Monsig. De Martino Nicola, della diocesi di Lodi.
» » » Monsig. Dömötor Stefano, della diocesi di Alba Reale.
» » » Monsig. Doroszlai Adalberto, della medesima diocesi.
» » » Monsig. Piersanti Giuseppe M., dell'archidiocesi di Camerino.
» » » Monsig. Quitadamo Nicola, dell'archidiocesi di Manfredonia.
» » » Monsig. Salvagno Tullio, della diocesi di Chioggia.
» » » Monsig. Szen Giuseppe, della diocesi di Cassovia.
» » » Monsig. Virgili Lavinio (Roma).
22 » » Monsig. Doroszlai Adalberto, della diocesi di Alba Reale.
6 gennaio 1947. Monsig. Piolanti Antonio, della diocesi di Bertinoro.
12 » » Monsig. Fogliani Ambrogio, della diocesi di Como.
21 » » Monsig. Masia Giovanni, dell'archidiocesi di Sassari.
» » » Monsig. Sechi Vincenzo, della medesima archidiocesi.
» » » Monsig. Teddè Antonio, della medesima archidiocesi.
22 » » Monsig. Danesi Giovanni, della diocesi di Chiavari.
» » » Monsig. Zunino Antonio, della medesima diocesi.
» » » Monsig. D'Arco Agostino, della diocesi di Ischia.
25 febbraio » Monsig. Giovannetti Alberto, della diocesi suburbicaria di Sabina e Poggio Mirteto.
14 marzo » Monsig. Eccher Celestino, dell'archidiocesi di Trento.
20 » » Monsig. De Liva Ottavio, dell'archidiocesi di Udine.
27 » » Monsig. Häberle Alfredo, della diocesi di Basilea.
22 aprile » Monsig. Grienti Salvatore, della diocesi di Noto.
» » » Monsig. Grillo Luigi, della diocesi di Policastro.
2 maggio » Monsig. Filbrij Francesco Bernardo G. M., della diocesi di Haarlem.
» » » Monsig. Henning Cornelio Giuseppe, della medesima diocesi.

Camerieri segreti di spada e cappa soprannumerari di Sua Santità:

24 febbraio 1944. Il sig. De Maupéou-Monbail Gastone, della diocesi di Tolone.
17 giugno 1946. Il sig. Haverty Clarenzio, della diocesi di Savannah-Atlanta.
» » » Il sig. Spalding Ugo, della medesima diocesi.
22 dicembre » Il sig. Conte de Rorthays Raimondo, della diocesi di Luçon.
23 » » Il sig. Conte Forni Paolo, dell'archidiocesi di Modena.
» » » Il sig. Conte Cataldi Enrico (Roma).
19 febbraio 1947. Il sig. Barone Donna Giovanni, dell'archidiocesi di Torino.
18 aprile » Il sig. Ward Erberto, della diocesi di Portsmouth.

Camerieri d'onore in abito paonazzo di Sua Santità:

15 novembre 1946. Monsig. Gentile Italo, della diocesi di Pontremoli.
12 gennaio 1947. Monsig. Fagiolo Bruno, della diocesi di Segni.
15 febbraio » Monsig. Fornelli Francesco, della diocesi di Bitonto.
» » » Monsig. Mancini Rocco, della medesima diocesi.
» » » Monsig. Tosti Alfredo Nicola, della diocesi di Anagni.
» » » Monsig. De Palo Gioacchino, della diocesi di Ruvo.

Cameriere d'onore « extra Urbem » di Sua Santità:

25 marzo 1944. Monsig. Beltrán Ezechiele, dell'archidiocesi di La Paz.

Camerieri d'onore di spada e cappa soprannumerari di Sua Santità:

20 maggio 1946. Il sig. Camera Salvatore (Roma).
23 dicembre 1946. Il sig. Antilici Fernando (Roma).
» » » Il sig. Lumia Fausto, della diocesi di Terni.
» » » Il sig. Milani-Valerio Oreste (Roma).
» » » Il sig. Ricciardi Giuseppe, dell'archidiocesi di Milano.
26 gennaio 1947. Il sig. Veronese Vittorino (Roma).

Cappellani d'onore « extra Urbem » di Sua Santità:

30 novembre 1943. Monsig. Mercado Macedonio, dell'archidiocesi di La Paz.
21 dicembre 1946. Monsig. Nemeth Ladislao, della diocesi di Alba Reale.

INDEX HUIUS FASCICULI

(An. XXXIX, n. 7 - 2 Iunii 1947)

ACTA PII PP. XII

IN SOLLEMNI CANONIZZAZIONE

PAG.

Beati Nicolai de Flüe, Confessoris, in Basilica Vaticana peracta. - 15 Maii 1947 209

Proclamatio 209

Homilia S. O. N. 210

LITTERAE APOSTOLICAE

I. *Illud per saecula.* - Venerabiles Dei Famuli Gregorius Grassi, Ep. Orthosien. in Phoen., Vic. Ap. de Scian-Si Sept., modo de Tai-Yüan-Fu, Franciscus Fogolla, Ep. Bagen., eius Coadiutor, Antoninus Fantosati, Ep. Adraen., Vic. Ap. Hunanen. Merid., modo de Hengkow, ex Ordine Fratrum Minorum, et XXVI socii, Martyres, Beati renuntiantur. - 24 Novembris 1946 . . . 213

II. *Flagrans erga* - Beatissima Virgo Maria, Gratiarum Mater, vulgo « Madonnina di Castellazzo », in Alexandrina Statiellorum dioecesi venerata, raedariorum birotas ignifero latice incitas moderantium patrona caelestis praecipua pro Italia declaratur. - 11 Februarii 1947 . . . 221

III. *Ad christifidelium salutem.* - Nuntiatura Apostolica in Republica Libanensi erigitur. - 21 Martii 1947 . 223

EPISTULA

Nono ac dimidio. - Ad Excmos PP. DD. Archiepiscopos atque Episcopos Reipublicae Cechoslovachiae: nono ac dimidio exeunte saeculo ab obitu Sancti Adalberti, Episcopi Pragensis ac Martyris. - 21 Martii 1947 . 223

ACTA SS. CONGREGATIONUM

SACRA CONGREGATIO CONSISTORIALIS

I. *Cerviensis et Comaclensis.* - Decretum De finibus immutandis. - 15 Februarii 1947 225

II. *Ravennatensis et Cerviensis.* - Decretum Unionis dioecesium. - 22 Februarii 1947 226

III. Provisio Ecclesiarum 227

S. CONGREGATIO DE PROPAGANDA FIDE

I. *De Khartum-Banguen* - Decretum de mutatione finium Vicariatuum. - 9 Ianuarii 1947 229

II. *Allahabaden. et de Gorakpur.* - Decretum dismembrationis et unionis. - 9 Ianuarii 1947 230

III. *De Foumban-Berberaten.* - Decretum de mutatione finium. - 9 Ianuarii 1947 230

IV. Provisio Ecclesiarum 231

V. Nominationes 233

SACRA CONGREGATIO RITUUM

I. *Romana seu Setina.* - Decretum reassumptionis causae pro canonizatione B. Caroli a Setia, Confessoris, Laici professi Ordinis Fratrum Minorum. - 4 Augusti 1946 233

II. *Brugen.* - Decretum introductionis causae pro beatificatione Servi Dei Caroli M. Schilling, Sacerdotis professi Congregationis Clericorum Regularium S. Pauli Barnabitarum. - 22 Novembris 1946 235

III. *Anicien.* - Decretum de miraculis pro beatificatione Servi Dei fratris Benildi, Religiosi professi ex Instituto Fratrum Scholarum Christianarum. - 16 Februarii 1947 . . . 238

IV. *Lucionen.* - Decretum. De Fundatore Fratrum Instructionis Christianae a S. Gabriele. - 25 Aprilis 1947 . 240

ACTA TRIBUNALIUM

SACRA ROMANA ROTA

Citatio edictalis. - Varsavien. Nullitatis matrimonii (Jurkowski-Echaust). - 13 Maii 1947 242

DIARIUM ROMANAE CURIAE

Segreteria di Stato: *Nomine* 243

LIBRERIA EDITRICE VATICANA
CITTA DEL VATICANO

ENCICLICA

"FULGENS RADIATUR,,

PER IL XIV CENTENARIO DI SAN BENEDETTO

EDIZIONE ITALIANA - FRANCESE - INGLESE - TEDESCA - SPAGNOLA

Lit. 10 — estero $ 0,05

IL NAZIONALSOCIALISMO E LA SANTA SEDE

a cura di MICHELE MACCARRONE

Un vol. in-16° di pp. VIII-272 Lit. 450 — estero $ 1,50

SUMMARIUM Cap. I Il concordato del Reich - Cap. II Le trattative per l'esecuzione del Concordato - Cap. III La lotta contro la vita cattolica e il Clero - Cap. IV La enciclica "Mit Brennender sorge,, - Cap. V L'oppressione nazionalsocialista durante il 1938-39. - Cap. VI Gli anni della guerra

Primum hoc opusculo, allatis documentis, fuse enarrantur vicissitudines rationum, quae inter Apostolicam Sedem et Nationalsocialismum ab anno 1933 usque ad eiusdem Nationalsocialismi funestum exitum intercesserunt. Documenta autem partim integre producuntur, partim hinc illinc excerpta, prout rerum momentum fert. Orationis genus temporis ordinem servat et circa facta maioris ponderis coalescit. Haec vero facta per singula capita enucleantur; capita denique in paragraphos dividuntur, quos potius quam temporum vices pertractatae materiae argumenta disponunt.

BACCI ANTONII **VARIA LATINITATIS SCRIPTA.** Inscriptiones, Orationes, Epistulae eorumque **LEXICON** vocabulorum, quae difficilius latine redduntur (pp. 474).

LEXICON, quod hoc volumine continetur (pp. 318), latinitatis cultoribus valde utile est, cum vocabula latine reddat, quae nostra haec aetas ad res novas significandas invexit . . . . . .

Roma	Italia	Estero
L.	L.	$
90 —	105 —	0,50

Veneunt Romae apud
(*Libreria Editrice Vaticana - Città del Vaticano — c/c postale N. 1-16722*)